videtur, imprimis Eupolidis qui eum perstrinxit in fabula *Δήμος*, ubi eum vocavit fr. VII ὁ Βουζύγης ἄριστος et ἀλιτήριος, quod maiores eius Cylonei piaculi participes fuisse videantur; homo fuisse videtur irasci facilis, hinc de eo Eupolis fr. XXXIV τί κέκραγας ὡσπερ Βουζύγης ἀδικοῦμενος 'cur insane clamitas, tamquam Buzyges alter': Χολοζύγηρ autem dixit Aristophanes διὰ τὸ μελαγχολῶν. Hunc Demonstratum Aristophontis Azeniensis, celeberrimi oratoris, patrem fuisse suspicatur Ruhnkenius *Hist. crit. orat.* p. XLVI. "Ἐλεγεν δ' ὁ μὴ ὄρασι μὲν Δημόστρατος πλεῖν ἐς Σικέλιαν, ἢ γυρή δ' ὄρχουμένη 'Ἄλα! Ἄδωνιν' φησίν, ὁ δὲ Δημόστρατος ἔλεγεν ὅπλατας καταλέγειν Ζακυνθίω, ἢ δ' ὕποπεπκωί', 'Κόπτεσθ' Ἄδωνιν' φησίν' ὁ δ' ἐβιάζετο ὁ μαρὸς Χολοζύγης Lys. 396, 397. Vide Plutarch. in *Nicia* cc. 12, 13, *Alcib.* 18. Confer Thirlwall. *Hist. Gr.* III c. xiv p. 369 *ed. maj.*, Mein. *Com. Gr.* I p. 129, II p. 474

**Δῆμος:** Demus, Ppyrilampis filius, adolescentulus corporis venustate praestante qui multos habuit amatores: ἦν ἰδη ποῦ γεγραμμένον ὑπὸν Πυριλάμπους ἐν θύρα Δήμον καλόν, Vesp. 98. Conf. Plato *Gorg.* p. 841 A, et Eupolis *Πόλις* Fr. 17: καὶ τῷ Πυριλάμπους ἀρ' ἐν ὧσι κνήβη; 'num igitur Ppyrilampis filio sordes (insunt) auribus?' sive 'habetne aures obtusas nec purgatas sed stupidus est et barbatus?'

**Δημῶ:** pro Δημήτηρ mediae comoediae poetis frequentatum, Meinek. *Fr. Com. Gr.* III p. 2; καρπὸν Δηοῦς θερίσασθαι Pl. 515

**Διαγόρας:** Τηλεκλύτος παῖς, Μήλιος τὸ γένος, τὸν χρόνον κατὰ Σιμωνίδην καὶ Πίνδαρον, SCHOL. ad *Ran.* 33a: similiter Suidas floruisse eum Ol. lxxviii dicit. Duo ei crimina eaque diversa obiecta sunt (Diódor. 13, 6), mysteriorum Orphicorum, Samothraciorum, Eleusiniorum enuntiatio (ἀσέβεια), et impugnatio deorum (ἀθεότης). Afferuntur eius duo libri, Φρόνοι λόγοι, in quibus Cybeles sacra irrisa fuisse et Bacchum traductum ut homines a sacris eius detererentur conicit Vossius *de histor. Graec.* IV c. 2 et Lobeckius in *Aglaophamo* p. 370 *not. c.* et ἀποσυργίζοντες λόγοι 'sermiones numina divina demolientes.' Conf. Lysias

*contra Andoc.* VI § 17; Tatian. *Orat. ad Graecos* p. 164 A *ed. Otto*; Iosephus *contra Apion.* 2, 37; Athenag. *leg. pro Christ.* p. 5 A; Cic. *de nat. deor.* III 37. Τῆδε θήμερον μέγιστα (nunc cum maxime) ἐπαναγορεύεται, ἢ ἀποκτείνῃ τις ὁμῶν Διαγόρα τὸν Μήλιον, λαμβάνειν τάλατον, ἢ τε τῶν τυράνων τις τινα τῶν τεθνηκότων ἀποκτείνῃ, τάλατον λαμβάνειν, Av. 1071—1074 (quae praeclare illustrantur Thucydidis loco VI 60 τῶν δὲ διαφυγόντων θάνατον καταγρόντες ἐπαπέκον ἀργύριον τῷ ἀποκτείναντι, de Alcibiade et sociis. Nimirum fervebat tum maxime crimen his intentatum, verente populo, ne tantilla res ad saevam spectaret tyrannidem, ut est in Thucydid. I. I. ὁ δὲ ἴσχυος ὁ τῶν Ἀθηναίων χαλεπὸς ἦν τότε καὶ ὑπόπτῃς ἐς τοὺς περὶ τῶν μυστικῶν τὴν αἰτίαν λαβόντας καὶ πάντα αὐτοῖς ἔδοκει ἐπὶ ξυνομοσίᾳ ὀλιγαρχικῇ καὶ τυραννικῇ περᾶσθαι. Quem vanissimum Atheniensium timorem facetissime poeta irridet, ita ut non solum simile plebissitum Philocrati aucupi nullius noxae comperto mititari se fingat, verum etiam Diagoran tyrannosque mortuos illos ac dudum sepultos proposito praemio iterum occidi iubeat. ‘Denuo occiduntur’ inquit ‘et Diagoras Melius ab inferis reuocatus qui mysteria enuntiavit, et Pisistratidae qui tyrannidem occupare ausi sunt’); φθουσι τὸν Ἰακχῶν ὄνπερ Διαγόρας (supp. χλευάζει, διασύρει vel simile quiddam) Ran. 320; ad verba Σωκράτους ὁ Μήλιος Nub. 830 adnotat seholiastes ἐπεὶ Διαγόρας Μήλιος ὦν διεβάλλετο ὡς θεόμαχος, καὶ τὸν Σωκράτη δὲ ὡς ἄθεον διαβάλλει, διὰ τοῦτο Μήλιον αὐτὸν εἶπεν. Sic Amyniam qui erat Pronapi filius Vesp. 1267 sq. dicit Selli filium, quod ille Amynias perinde esset pauper ac Selli filius Aeschines

**Διάκρισις:** De veteribus illis Diacriorum, Pediaeorum et Paraliorum factionibus, quae proximis post Solonem temporibus rursus rempublicam perturbabant, donec Pisistratus, Diacriorum dux, dominatione potitus est Ol. liv 4, vide Schoemann. *Antiqq.* p. 178. In Vesp. 1223 ubi Philocleo dicit (τὰ σκόλια δέξομαι) ὡς οὐδεὶς Διακρίων δέξεται ‘et senem se et veterum morum amatorem significat. Idem Mara-

thonομάχῃ se saepius praedicaverat, Marathonem autem in Diacriorum finibus sita est.’ I. RICHTER

**Διαλλαγή:** tamquam muta persona introducit, ut *Ἐκρήνη*, Lys. 1114 τοῦ ἴστυν ἢ Διαλλαγή; ὦ Κυπρίδι τῇ καλῇ καὶ Χάρσι ταῖς φίλαις ξύντροφε Διαλλαγῇ Ach. 989

**Διάσια:** Διασίσιον Nub. 408 ubi Schol. ἐορτὴ Ἀθήνησι Μειλιχίου Διάσις ἀγεται δὲ μὴνός Ἀνθεστηριώνος ἢ φθίνοντος; ibid. 864 ἐπιδόμην Διάσιος ἀμαξίδα. De hoc maximo Iovis apud Athenienses festo vide Lucianum *Τίμων.* c. 7 ibique Hemsterhusium (Tom. I p. 113), qui advocat Thucyd. I 126 ἔστι γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις Διάσια, ἃ καλεῖται Διάσις ἐορτὴ Μειλιχίου μεγίστη, ἔξω τῆς πόλεως, ἐν τῇ παυδίμῃ θύουσι, πολλοὶ οὐχ ἰερεῖα ἀλλὰ θύματα (libamenta) ἐπιχώρια

**Διυτρέφης** (sive **Διυτρέφης**, vide Elmsl. ad *Med.* 139, Boeckh *Inscript.* c. 1 Vol. I 151 et 169 col. 3 48). Bis perstringitur in *Αἰνίδι* v. 798;

ὡς Διυτρέφης γε πυτιναῖα μόνον ἔχων πτερὰ  
πρόθῃ φύλαρχος, εἰς ἵππαρχος, εἰς ἔξ οὐδεὶος  
μεγάλα πράττει καστί νυνὶ ζουθὸς ἰππαλεκτρύων :

ubi lepide per vimineas alas eum emersisse scribit comicus, significare nimirum volens Diitrephem plectendis vasis vimineis divitem factum esse, eaque ratione ad honores emersisse. Nempe phylarchus fuit et hipparchus. Equestrem autem militiam hipparchi regebant, bini quotannis, hisque adiuncti phylarchi deni tributum a populo creati; Vide Polluc. VIII 94, Demosth. Philipp. I p. 47. Alter est locus v. 1140;

δεινὸς γέ μου τὸ μεναικίον Διυτρέφης  
λέγων ἀνεπείρωκεν ὡς ἰππαλατεῖν,

nam Ἰππαρχος evasit ex πυτινοπλόκῃ, dives et qui equos alere posset; eundem tetigit in *Heroes* fr. IV κατὰ τῆς Διυτρέφους τραπέζης. Apparet igitur Ol. xci 2 Diitrephem, ex paupere divitem factum, multum valuisse in civitate. Idem sub finem Ol. xci 3 praetore Pisandro vel Ol. xci 4 ineunte, cum Cleocritus esset archon, iussus est Thracas, qui sero Atheniensibus subsidio advenissent cum Demosthenes iam in Siciliam profectus esset, reducere, vid. Thucyd. VII 29; τοὺς οὖν Θράκας τοὺς τῷ Δημοσθένει ὑστερήσαντας διὰ τὴν παρούσαν ἀπορίαν τῶν

χορημάτων οὐ βουλόμενοι δαπανᾶν, εὐθὺς ἀπέπεμπον, προστάξαντες κομισαὶ αὐτοὺς Διίτρεφει καὶ εἰπόντες ἅμα ἐν τῷ παράτῳ (ἐπορεύοντο γὰρ διὰ τοῦ Εὐρύπῳ) καὶ τοὺς πολεμίου, ἦν τι δύνῃται, ἀπ' αὐτῶν βλάψαι κτλ. E Pausania 1, 23, 3 vix dubium est occidisse eum in Mycalessi obsidione sagittis confossus. A Cratino Χείρωσι fr. VIII (Mein. fr. com. II p. 152) notatur ut pessimus homo :

καὶ πρῶτα μὲν οὖν παρὰ ναυτοδικῶν ἀπάγω τρία  
κινύδαλ' ἀναιδή,  
Πισίαν, Ὀσφύωνα, Διίτρεφή,

h. e. 'abducam, exturbabo ex civitate impudentes istos homines nautodicarum iudicio condemnatos:' Plato autem in 'Εορταῖς fr. VI (Mein. II p. 626) dixit eum

τὸν μαινόμενον, τὸν Κρήτα, τὸν μόγις Ἀττικόν,

insanientem et Cretem (i. e. mendacem, perfidum) vixque Atticum

[Δικαιοπόλις]: ex pago Acharnis, (fictus) in Acharnensibus in concionem mane venit omnia praeter pacis decreta turbare certus, 1—42. Intercedit pro Amphitheo pacem facturo, 57 sqq. Fraudes et fallacias legatorum ab Atheniensibus ad regem Persarum missorum indignabundus aperit, 62—127. Amphitheum revocatum octo drachmarum mercede ad Lacedaemonios mittit ut sibi, uxori et liberis solis pacem componat, 128—133. Concionem solvi iubet tamquam ob ostentum (δισσημία), 134—174. Amphitheus Lacedaemone affert inducias quinquennales, decennales, tricennales; postremas laetus accipit Dicaeopolis et rus abit Dionysia celebraturus, 175—202. Exit domo cum uxore, filia canepthoro et servo phallum portante, Dionysia celebrans et phallicum canit de bonis pacis, 237—279. Corripitur ab Acharnensibus, occisuris eum ob inducias: contendit Lacedaemonios non per omnia fecisse iniuriam sed passos quoque esse Lacedaemonios, et dolo ab Acharnensibus impetrat ut saltem audire eum velint Lacedaemoniorum causam agentem, 280—369. Pericula sua exponit in iudiciis assuetis audire laudes urbis et in iudicando mordere et (poetae evensam induens) narrat quanta difficultate evaserit calumnias

Cleonis de comoedia praeterito anno acta, 370—382. Abit supplicis miserrimi habitum sumpturnus, 383 sq., ab Euripide quem eleganter deridet, 394—494. Sic caussam dicit Acharnensium senibus, 491—556, quorum pars ei favet, pars Lamachus advocat, quem Dicaeopolis deridet et μισθαρχίδην esse demonstrat. Ita caussa vincit, 557—626. Forum constituit in agro suo, in quo per pacem suam commercia agant Peloponnesii, Megarenses, Boeoti, non Lamachus, et a quo longe absint sycophantae 719 sqq. Ab homine Megarensi emit filias pro porcellis oblatas, 729—835. A Boeoto mercibus patriis onusto emit anguillam copaicam: mox Boeoto tradit sycophantam Nicarchum sarmentis ut figlinum vas illigatum, 860—958. Lamachi famulum abigit, 959—970; Choas celebrat, 1002; suavissimum convivium apparat, singula sibi apportari iubens in derisionem Lamachi, qui eo ipso tempore in expeditionem contra Boeotos vocatus, famulum iubet singula bellici apparatus sibi afferre, 1071—1142. Lamachus qui graviter volneratus infertur, iterum deridens, ipse potans cum amicibus, 1174—1227, et victor in festo Choum, sumpto utre exit, Choro prosequente, 1228 sqq.—Δικαιοπόλις καλῶ σ' ὁ Χολλίδης ἐγώ Ach. 406 (Chollidam se vocat, cum sit Acharnensis, comice alludens ad χολῶς, ut misericordiam Euripidis moveat); Δικαιοπόλις δὲ πῆ; Δικαιοπόλι, ἡ λῆς πρίασθαι χοίρια Ach. 749; ἀλακτὸν ἂν γένοιτο, Δικαιοπόλις ἐλ' μ' ἴδοι τετρωμένον ib. 1196; Δικαιοπόλι, Δικαιοπόλι φαντάζομαι ib. 823, 1047, 1085

Δίκτυννα: Diana retium et venationis praeses: διατραγεῖν κράτιστόν ἐστί μοι τὸ δίκτυον, Ἡ δέ μοι Δίκτυννα συγγνώμην ἔχει τοῦ δικτύου Vesp. 368 (ubi schol. παρὰ τὸ βρομα γελουάξει' παρὰ γὰρ τὸ δίκτυον ἐπήγαγε τὸ Δίκτυνναν Ἀρτεμιν Ἰλιον ἔσεσθαι): ἅμα δὲ Δίκτυννα παῖς Ἀρτεμὶς καλὰ τὰς κυνίσκας ἔχουσι' ἐλθέτω διὰ δόμων πανταχῇ Ran. 1359, 1360 ('ex monodia Icarī in labyrinthum conclusi apud Euripidem in Creten-sibus; is enim a Minoe cum Daedalo patre, monstruosae libidinis ministro, in eum quasi carcerem coniectus erat. Aptissime autem

invocat Labyrinthi custodia quasi irretitus deam *Δίκτυνναν*, quae se ex his tamquam retibus expediat cum magna vi canum, quarum est odorari viam, et praeterea *Hecaten*, quae facibus viam monstret.' FRITZSCHIVS *ad l.*)

**Δίνος** *αἰθέριος*, turbo aetherius, de promptus ex Anaxagorae decretis: *αἰθέριος Δίνος (ἀναγκάζει τὰς νεφελὰς ὥστε φέρεσθαι)* ait Socrates, cui Strepsiades *Δίνος; τουτί μ' ἐλελήθη, Ὁ Ζεὺς οὐκ ὦν, ἀλλ' ἀν' αὐτοῦ Δίνος νυκὶ βασιλεύων* Nub. 380—1 ad q. l. scholiasta; 'δὲ μὲν Σωκράτης εἶπε δῖνον τὴν τοῦ ἀέρος περιφορὰν, ὃ δὲ Στρεψιάδης ποτηρίων τι κεραμοῦν βαθύ, ὅπερ ἄνω εὐρυτερον ὄν κάτω εἰς ὀξὺ λήγει,' turbinis instar; idem Strepsiades filio iam doctior factus ait v. 828 *Δίνος βασιλεύει τὸν Δι' ἐξηλεκτικός; Δίνος βασιλεὺς τὸν Δι' ἐξηλεκτικός* iterum lepide patri obicit Phidippides v. 1472, cui Strepsiades οὐκ ἐξεκλήλατ' ἀλλ' ἐγὼ τοῦτ' ὄμμη

*διὰ τουτοῦ τὸν Δῖνον' οἴμοι δειλίωσι  
ὅτι καὶ σε χυτρεοῦν ὄντα θεῶν ἡγήσαμην.*

**Διοκλῆς**: heros a Megarensibus cultus; *ᾧ καὶ ἀγῶνα τελοῦσι τὰ Διοκλεία* SCHOL. qui confert Theocr. Id. XII 27; *ναὶ τὸν Διοκλέα* Ach. 774

**Διόμεια**: pagus tribus Aegeidis in suburbio ad septemtrionem versus situs, *δήμος τῆς Αἰγιῶδος φυλῆς ἀπὸ Διόμου* ἐστὶ δὲ Ἡράκλειον αὐτόθι. SCHOL. *Διόμεια* et *Κυνόσαργες* ambo unum eundemque pagum fuisse ostendit Fritzschius ad *Daetal.* p. 28, praeterquam quod Cynosarges, templum Herculis gymnasiumque et lucus circumiectus haud procul portis Aegei (Diog. Laert. VI 13) partem tantummodo universi pagi complexum sit. Ran. 650 Aeaco quaerenti a Xanthia-Hercule *μῶν ὠδυνήθης*, is minime plagis se doluisse ait sed sollicitum fuisse sacrorum suorum intermissione, *οὐ μὰ Δι' ἀλλ' ἐφρόντισα, ὅπόθ' Ἡράκλεια τὰν Διομείους γίγνεται*, quia nempe Athenienses inter tot belli curas magnum Herculis festum in Diomeensium pago celebrari solitum intermiserant; *διομειαλαῖζονας*, iactatores e Diomeis oriundos, Ach. 605 quod quo spectet incertum est. Philoxeni quidem Diomeiensis mollitiam

notavit Eupolis *Πόλλω* fr. XIV *ἔστι δὲ τὴν θήλεια Φιλόξενος ἐκ Διομείων*

(**Διομήθης**): Eccl. 1029, ubi adulescenti quaerenti *καὶ ταῦτ' ἀνάγκη μοῦσσι*; respondet *ἀνικυλὰ διομήθειά γε. Ἡ Διομήθεια ἀνάγκη* significat summa necessitas, quamquam de origine proverbii plurimum est inter scriptores dissensionis. Vide Stallbaum ad Platon. *de Rep.* VI p. 493 D

**Διονύσια**: liberalia rustica τὰ κατ' ἀγροὺς quae mense Posideone agebantur: Ἡ Διονύσια exclamat Dicaeopolis de pace gaudens Ach. 195, quos dies festos, agricolis gratissimos per quinquae annos non egerat; v. 266; *πολέμου καὶ κακῶν ἀπαλλαγείς ἄξω τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια* ibid. 202; ὃ Διώνυσε *δέσποτα κεχαρισμένως* σοι (ratione tibi accepta) *ἐμὲ ἀγαγεῖν τυχηρῶς τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια, στρατιάς ἀπαλλαχθέντα* Ach. 251; *ταύτης δὲ (τῆς Εἰρήνης) ὀπώρας, ὑποδοχῆς* (convivii cum hospitibus) *Διονυσίων* (δῆξει) Pac. 534. Thesm. 745 Mnesilcho assimilati infantis annos sciscitanti mulierem 'tresne an quattuor Choas (per Χῶας autem intellege τὴν τῶν Χῶων ἐορτὴν) natus sit, *πόθ' ἔτη γέγονε; τρεῖς χῶας ἢ τέτταρας;*' respondet mulier *σχεδὸν τοσοῦτον χῶσον ἐκ Διονυσίων* h. e. fere tantum et quantum effluxit temporis ab ultimis Anthesteriis. Nam per Dionysia hic Anthesteria significari Choum quae praecedit ostendit mentio. Cum autem infans ille nihil aliud sit quam uter vini plenus, rei accommodata est haec annos computandi ratio. Veri enim haud absimile est vini aetatem Athenienses Liberalium numero indicasse. BRVNCK. *Κωμωδηθεὶς ἐν ταῖς πατρίοις τελεταῖς ταῖς τοῦ Διονύσου* Ran. 368 in Dionysiis sc. maioribus (*τοῖς μεγαλοῖς* sive *τοῖς κατ' ἀστυ*)

**Διονύσιον**: templum Dionysii: *τὴς ἀν φράσειε ποῦ 'στι τὸ Διονύσιον*, fr. 83; *ἦσαν ἐθὺ τοῦ Διονυσίου* fr. 101

**Διονύσιος**: Siculorum tyrannus famosus: *ὁμείς γε (πενίαν πατὲρ εἶναι τῆς πτωχείας ἀδελφῆν) ὅπερ καὶ Θρασυβούλῳ Διονύσιον εἶναι ὅμιον* Plut. 550 h. e. 'vos quidem, qui res dissimillimas habetis similes, paupertatem dicitis mendicitatis sororem, qui

iidem Dionysium Thrasymbuli (tyrannorum victoris) similem putaveritis.

**Διόνυσος:** Παρνασίαν ὄς κατέχων πέτραν ὄν πεύκαι σελαιγεί, Βάκχαις Δελφίῳ ἐμπρέπον κωμαστὴς Διόνυσος Nub. 603—606 (conf. Soph. Ant. 1126 sqq.; Eur. Bacch. 306 sq. 408 sq. 559); ἀθάνατος εἶναι φημι Διόνυσος Διός, Ran. 631; Διόνυσος υἱὸς Σταμίου Ran. 22 (dicendum erat υἱὸς Διός, sed commiscet se Bacchus cum vino suo, haud dubie amphorae filio. FRITZSCH); Διόνυσος ὄς θύροισι καὶ νεβρῶν δορᾶς καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνασὸν κατὰ πηδῆ χορεύων Ran. 1211—1213 (e prologo *Hypphyles* Euripideae); ἐπι δὲ (κάλισσον) Νύσιον ὄς μετὰ μαινάσι βακχίῳ οἴνασι δαλεται Lys. 1282—4; ἤγοῦ δὲ γ' αὐτὸς ὠδὲ σὺ κισσοφύ, ε Βάκχειε δέσποτ' Th. 987; τελεταῖς ταῖς τοῦ Διονύσου Ran. 368; ὄ τοῦ Διονύσου ἱερεὺς σε μεταπέμπεται Ach. 1087 (Dicaeopolidem vocat sacerdos Bacchi per praecoenam Choum die festo ad cenam, sacerdotes autem Bacchi luxuriose vivebant, hinc Eupolis Hipponicum qui ex usu vini rubicundum faciei colorem duxerat, 'sacerdotem Bacchi' vocat in *Δίξιν* fr. XIX Meineke. fr. com. II p. 433); θεῶσθαι λιπαρὸν (nitidum, lautum) παρὰ τῷ Διονύσῳ Eq. 536 (dignum ait esse Cratinum propter scenicas victorias qui in prytaeno bibat, neque nugae agat (καὶ μάκληρεῖν 'neque miseram et inopem vitam ducat' scribendum opinatur Meinekius in *Vindic.* p. 59 propter iustum sententiarum nexum) sed nitidus et bene cenatus ludis intersit; παρὰ τῷ Διονύσῳ sc. ἱερεῖ legit Kockius); eius alumnum se dicit comicus Nub. 519 νῆ τὸν Διόνυσον τὸν ἐκθρέψαντά με (conf. Ran. 886), et per eum iurat poeta Vesp. 1046 ubi eandem sui fiduciam exhibet, σπένδων πόλλ' ἐπὶ πολλοῖς θρῆνσι τὸν Διόνυσον μηπόσοι' ἀμείν' ἔπη τούτων κομψδικὰ μηδὲν ἀκούσαι. Per Bacchum iuratur νῆ τὸν Διόνυσον Nub. 91, 519, 1000, Vesp. 1474, Pac. 1277, Av. 171, 501, 1370, Eccl. 357, 422; μὰ τὸν Διόνυσον Nub. 108, Pac. 109, Eccl. 334; ὦ Διόνυσε δέσποτα Ach. 247; ὦ Διόνυσοι' ἀναξ Pac. 442; Διόνυσε Ran. 330; Διόνυσε πίνευς οἶνον οὐκ ἀνοσμίαν Ran. 1150 (h. e. frigide iocaris; quantam laudem

hoc dulce et fragrans vini factitii genus habuerit patet e Xenoph. *Hellen.* VI 26. FRITZSCH); ἀλλ' ὦ Διόνυσοι' ἀπόδοιτο Pac. 267. In *Babyloniis* Bacchus in iudicium abit et duo oxybapha ab eo postulant demagogi Athenienses fr. xvii; in *Ranis* introducitur γάστρων ventriosus v. 200; cum Xanthia servo, qui sarcinas portat, asino insidens, venit ad portas Herculis; qui progressus risu prope emoritur de habitu Bacchi, leoninam pellem (λεοντήν) crocotaie iniectam, oothurnum una cum clava gestantis, 1—47. Narrat Herculi, sibi immane desiderium esse iniectum Euripidis poetae, quem iam descendat ab inferis reducturus; nam solum superesse Iophontem poetam bonum, nisi Sophoclis patris sint quae edat; ceteros esse contaminatores artis; Euripidem fecundum et audacem, 48—107. Quaerit ex Hercule viam qua in Orcum eat, deversoria, couponas, et aliquamdiu ludificatus discit, 108—165. In Charonis cymba remum agens audit cantus ranarum (malorum poetarum) quibus oppedit, 166—270. Inde viam faciens in Orco timet parcidas, periuros, beluas quas Hercules dixerat, Empusam usque dum ad initiatorum choros pervenit, 271—322, quibus gaudet, 414 sq. 444 sq. et ad Plutonis ostia se adesse discit, 431 sqq. Pultat; progressus Aeacus in eum ut Herculem Cerberi furem invehitur et terriculamenta Orci arcesaitum currit, 460—478. Vehemens timor Bacchi, qui a Xanthia impetrat ut ipse Hercules fiat, 479—502. Iam adest ancilla Proserpinae Herculem ad lautas epulas invitans: resumit igitur Bacchus Herculis habitum, 503—548. At irruunt couponae duae quarum merces Hercules cum ipsis fiscellis devoraverat, eum ad Cleonem et Hyperbolium iudices mortuos rapturae: hinc iterum petit a Xanthia timidus deus ut Herculis habitum resumat, 549—604. Interea Aeacus cum servis progreditur ut vinciat Herculem: Xanthia negante se umquam ante huc venisse, Bacchus ad quaestionem trahitur, deum se esse obtestans: iam uter servus sit, verberibus explorat Aeacus frustra et ad Plutonem ducit cognoscendos, 605—674. Baccho,



artis perito, iudicium defertur de Aeschilo et Euripide, 810 sq. Progreditur moderationem suadens Aeschilo ira excaecandescenti; thus in ignem incit et preces concipere poetas iubet, 830—891. Audit poetas, certamenque eorum moderatur, tandem poesin utriusque lance examinat; nec tamen litem discernere sustinet, 905—1413. Sed ne re infecta redeat, ex utroque utilia rei-publicae consilia quaerit, de Alcibiade, de servanda civitate: quibus auditis, Aeschylum eligit, 1415—1478, et convivio a Plutone excipitur, 1481

**Διοπείθης:** ἀνὴρ εὐδόκιμος ἐπὶ χρησιμο-  
λογία Plutarch. vii. Lys. c. 22, fanaticus  
χρησιμολόγος, quales multi eo tempore  
Athenis qui quaeustus causa oracula a se  
ficta supersticioso populo et σιβυλλῶντι  
decantabant: favebant porro bello et om-  
nibus modis pacem prohibere conabantur,  
quia belli tempore populi animis, ut fieri  
solet, commotioribus factis, multo maiore  
auctoritate fruebantur quam pace; unde  
eos Aristophanes cum singulos, tum in  
genere explodere aggressus est in *Anibus*  
959—992, ubi fatidicus oracula de Nubicu-  
culia iam condita deblaterans sacrificio in-  
tervenit, quod Pithetaerus pro recens con-  
dita urbe facit; recitat homo de scripto  
(*Σιβύλων* 974 sqq.) oraculum Bacidis scilicet,  
in quo Bacis omnia fausta Pithetaero polli-  
cetur addita conditione. Respondet ille  
alio oraculo, in quo deus iubet verberare  
quicumque

ἀκλήτος ἰὼν ἄνθρωπος ἀλαζὺν  
λυπῆ θύοντας καὶ σπλαχνεῖν ἐπιθυμῆ,

et nemini parcere v. 988,

μήτ' ἦν Δάμπων ἢ μήτ' ἦν ὁ μέγας Διοπείθης,

quod mandatum exequens hominem male  
mulcatum abigit. Videtur autem Diopi-  
thes quoque ut Lampo non solum oracu-  
lorum interpres fuisse sed etiam rempubli-  
cam attigisse, annotat quippe Scholiasta  
Διοπείθης νῦν μὲν ὡς χρησιμολόγος ἐτέρωθι  
δὲ ὡς κυλλὸς καὶ δωροδόκος (Equit. 1084  
τὴν Κυλλήνην ὁ Φοῖβος ἐς τὴν χεῖρ' ὀρθῶς  
ἤμῆξαστο τὴν Διοπείθους). Σύμμαχος δτι  
Διοπείθης ὁ ρήτωρ ὑπομανιώδης ἦν, ὡς  
Τηλεκλείδης ἐν 'Αμφικτυόνσι δῆλον ποιεῖ.

Quod confirmat Plutarchus in *Pericle* c. 32  
scribens Diopitthem εἰσαγγέλλεσθαι τοὺς  
τὰ θεῖα μὴ νομίζοντας ἢ λόγους περὶ τῶν  
μεταρῶν διδάσκοντας, ἀπειθόμενον εἰς  
Περικλέα δι' Ἀναξαγόρου τὴν ὑπόνοιαν. Ficta  
insania videtur oracula protulisse, sic enim  
Bergkiius *Comm.* p. 170 vidit explicandum  
esse, quod ab Amipsia in *Compo* dicitur  
παρπαυόμενος sive παραμανώμενος et ab  
Aristophane nomen eius ponitur pro 'ipso  
furore' Vesp. 379, τὴν ψυχὴν ἐμπλησάμε-  
νος Διοπείθους. Halbertsma *Prosopogra-  
phia Arist.* p. 91 sq. Plura dabunt Lo-  
beckius in *Aglaophramo* p. 980, Bergkiius *l. l.*

**Διοσκόρω:** Dioscurus invocat Try-  
gaeus laetus audita Brasidae morte, εἰ γ'  
εἴ γε ποιήσαντες ὦ Διοσκόρω (ἀπέλευσαν  
αὐτόν) Pac. 285; ὦ Πᾶνες ὦ Κορύβαντες ὦ  
Διοσκόρω Eccl. 1069; ἐμπόλω Διοσκόρω  
Heroes fr. 13 ap. Polluc. vii 15. De forma  
Διοσκόρω vide Lobeck. ad Phrynichum p.  
235. Per Castores iurantes mulieres La-  
caenae dicunt καὶ τῷ σιῶ Lys. 81, 86, 90,  
142, aequae ac viri Lacones Pac. 1014,  
Lys. 983, 1095, 1105, Cleander in Xenoph.  
*Anab.* vi p. 230, 9, Pasimachus *Hellen.*  
iv 4, 10: vide Valckenaer. ad *Adoniazusas*  
p. 286

**Διτόλαια** (pro Διυτόλαια): ἐορτὴ Ἀθή-  
νησιν, ἐν ἣ Πολιεὶ Διὶ θύουσι σκιροφοριῶ-  
νος τετάρτη ἐπὶ δέκα. SCHOL. ad Pac. 420  
ubi Trygaeus ait μυστήρι' Ἐρμῆ, διτόλαι',  
ἀδῶνια (ἄξομεν) h. e. 'sacra Cereris et Pro-  
serpinae, Iovis servatoris, Adonidis et Ven-  
neris (non iam his deis sed) Hermi cele-  
brabimus.' Antiquissimum autem fuit  
festum, unde διπολιώδη pro antiqvis valde  
et obsolete ponitur in Nub. 984, ἀρχαῖα  
καὶ διπολιώδη (*out of date*)

**Διτόλαια:** nomen famuli, Ran. 608

**Διώνυσος:** λιμναῖα κρητῶν τέκνα, Σύν-  
αυλον ὕμνον βοᾶν Φεγεξώμεθ' εὐγερῶν ἐμᾶν  
δοῖδάν, Ἦν ἀμφὶ νυσήιον Διὸς Διώνυσον ἐν  
λίμναισιν ἱαχῆσαμεν, Ἦνίχ' ὁ κραιπαλόκωμος  
τοῖς ἱεροῖσι χύτροισι χωρεῖ κατ' ἐμὸν τέμε-  
νος λαῶν δχλων, Ran. 211—220 h. e. 'hym-  
nis eum Bacchum extollamus, qui nunc a  
Charone paludem (τὴν λίμνην) transvehitur,  
sicuti in Limnis Nyseium Dionysum die  
Chytrorum coaxando celebramus.' Nemppe

praeferoce ranae Bacchi templum in Limnis suum esse clamant, quod et in vicina palude habitent et quia ipsum nomen *Λίμναι* ranarum magis domicilium quam Bacchi monstrare videatur: optime igitur Scholiasta *ἔμὸν τέμενος λέγουσι τὸ ἐν Λίμναις τοῦ Διουόσου ἱερὸν* πρὸς δὲ τὴν ὁμωνυμίαν ὅτι ἐν Λίμναις εἰσὶν οἱ βάτραχοι, *Λίμναι δὲ καὶ τὸ ἱερὸν*. Contra adiectivum *λίμναϊα* non ad Limnas Athenarum sed ad paludem refertur Acherusiam in qua ranae natare finguntur. FRITZSCHIVS ad l. Idem et aliis argumentis et huius ipsius loci auctoritate ostendit in libello de *Zenaeis* III p. 29 Nyseium Dionysium in Anthesteriis atticis cultum esse, atque Anthesteriorum Dionysium et ab aliis Dionysiis Liberalium vel urbanorum vel rusticorum et a mystico Iaccho distinctum

**Δόριλλος:** tragicus poeta, *αἱ γυναῖκες τὸν Δόριλλον φραγνύονται* Lemn. fr. XIII ubi nomen poetae substituit in locum vocis obscenae *δορίαλλος*

**Δράκης:** nomen senis rustici Eccl. 293; item nomen senis in Lys. 254 *χώρει Δράκης, ἡγοῦ βάρην*

**Δρακοντίδης:** οὐκ ἐκφῆρατε δικάσοντά μ' ἄλλ' ἐκφεύξαται (absolutus fuerit) *Δρακοντίδης;* Vesp. 157 ubi schol. *Ραυνηρὸς οὗτος:* addit Venetus *καὶ πλείσταις καταδικαῖς ἐνεχόμενος ὡς Πλάτων Σοφισταῖς* (quod Cobetus illustrat loco Platonis in lib. *de republ.* VIII p. 558 A, ubi cavillans democraticam *τί δὲ* inquit *ἡ πρότης ἐπίων τῶν καταδικασθέντων οὐ κομψή;* ἢ οὐπω εἶδες ἐν ταυαύτῃ πολιτείᾳ ἀνθρώπων καταψηφισθέντων θανάτου ἢ φυγῆς, οὐδὲν αὐτῶν μενόντων τε καὶ ἀναστρεφόμενων ἐν μέσῳ; καὶ ὡς οὐτε φροντίζοντος οὐτε ὁρῶντος οὐδενὸς περιουστει ὡσπερ ἦρας, qui loci sese invicem mirifice confirmant ostenduntque Athenis flagitia etiam condemnatis impune abire potuisse: *Obs. in Platon. Com.* p. 186); *Ὡ Κέκροψ ἦρας ἀναξ, τὰ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδῃ* Vesp. 438 ubi Richter "deum saepissime invocatum cum homine saepissime in ius vocato ludens comparat Philocleo dixitque τὰ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδῃ cum dicturus esset τὰ πρὸ ποδῶν Δρακοντίδου i. e. 'causa Dracontidis instat.' An explicare mavis

'Ο Cecrops, superne Deus, a pedibus furcifer Dracontidis instar'."

**Δράκυλλος:** nomen in Ach. 612 ubi Reiskius emendat *τί δ' Ἀνθράκυλλος ἢ Εὐφορίδης ἢ Πρωίδης*, probante A. Muellero quia huius loci nomina rem carbonariam spectent

**Δρασιππίδης:** fictum nomen vulgo Vesp. 185 *Ἴθακος Ἀποδρασιππίδου* (quod suo loco inserendum), ubi legebatur ante Elmsleium ad Ach. 563 *ἀπὸ Δρασιππίδου* 'ex pago Fugacia,' cum sit Fugacis filius

**Δωδώνη:** *ἐσμέν δ' (δριυθες) ὕμν' Ἀμμων, Δελφοί, Δωδώνη, Φοῖβος Ἀπόλλων, Av.* 716

**Δωρώ:** nomen deae a Cratino fictae quasi dicas Donona sive dea muneraria: idem, teste Hesychio, deam *Δέξω* accipitram finxit *ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι δῶρα*. Similia sive nomina sive cognomina sunt *Σιτώ, Μνημῶ, Περιβασῶ, Θαλλῶ, Καρπῶ, Αὐξῶ* alia de quibus egit Lobeck. *Aglaoph.* p. 733. In Equit. 523 sqq. Cratini virtutes praedicans *ἄσαι δ' οὐκ ἦν ἐν ξυμποσίῳ πλὴν ἄωροῖ συκοπέδιλε* καὶ *τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων* οὕτως ἠρθησεν ἐκέινος. Utrumque carmen ex eadem fabula sc. *Eunidis* petitum: prioribus verbis venales sycophantarum artes descripsit Cratinus, ex alius autem poetae carmine parodiae lusu deflexum fuisse verisimile censet Meinekius *Fr. com.* II p. 58; fortasse hymnum aliquem antiquioris poetae e. c. in Iunonem his verbis ordiri *Ἥρῃ χρυσοπέδιλε*, quae deinde Cratinus suo consilio et instituto accommodati in ipsum illud *Δωροῦ συκοπέδιλε* detorsisse.

## E

**Ἐβρος:** fluvius Thraciae ex Rhodope monte, hodie *Maritza*, Orphei morte famosus: *κύκνοι ἐφεξόμενοι παρ' Ἐβρον ποταμοῦ* Av. 774

**Ἐκάτειον:** sacellum Hecatae foribus proximum, (*ἐκαταῖον* scribere iubet Lobeck. *Aglaoph.* p. 1336) *ἱερὸν Ἐκάτης, ὡς τῶν Ἀθηναίων πανταχοῦ ἱδρυμένων αὐτὴν ὡς Ἐφορον πάντων καὶ κούρτροφον*, SCHOL. ad Vesp. 801, ubi Philocleo, cui filius persuaserat, ut maneret iudiciumque suum ante domum

haberet, postquam hic intro iit accessitum quae ad rem necessaria sunt talia loquitur:

ὄρα τὸ χρῆμα. τὰ λόγι' ὡς περάσεται  
 ἡκρόθῃ γὰρ ὡς Ἀθηναῖοι ποτε  
 δικάσειεν ἐπὶ ταῖς οἰκίαισι τὰς δίκας.  
 κὰν τοῖς προθύροις ἐνομοθήσοι πᾶς ἀνὴρ  
 αὐτῶ δίκαστηριδίου μικρὸν πᾶν,  
 ὡσπερ Ἑκάτειον, πανταχοῦ πρὸ των ὑρῶν.

(Simillimum videtur fuisse sacellum Lyci heroo storeis circumsaepito, quas Philocleo aptissime cum cancellis ligneis dicasterii mente atque animo comparans optat, ut ad modum Hecatæi, quod πανταχῇ πρὸ τῶν θυρῶν erat itaque ad fores ipsius quoque erat, simulacrum Lyci herois cum tribunali aequè frequenter ad cuiusvis fores extractum sit. *Al κἀνναί* et *Lycæi* et ut videtur *Hecatæi* Philocleoni etiam τοῦ περιχωρίσματος loco sunt. RICHTER ad I.); *Lys.* 64 ἡ Θεογένους ὡς δεῦρ' ἰούσα θουκάτειον ἤρετο; *Ran.* 366 ἡ κατατρεῖ τῶν ἑκατείων κυκλῶσιν χοροῖσιν ὑπάρδων, quod ad Cinesian referunt, qui aut re aut malo vel impio carmine Hecaten conspurcarit

Ἑκάτη: De Hecate dea multus est comicus et cultum eius perquam vulgarem fuisse saepe indicat. Hecate, Iovis filia, utraque manu facem gestans invocatur ad furtum detegendum in *Ran.* 1361 sqq. σὺ δ', ὦ Διὸς διπύρους ἀνέχουσα λαμπάδας ὄξυτάτας χερῶν Ἑκάτα παρὰ φῆρον ἐς Γλύκῃς; Hecatæ sub initium cuiusque mensis cenam a ditioribus instructam propositamque fuisse in trivivi ut ab infimæ sortis hominibus diriperetur, testatur locus in *Plut.* 594—597;

παρὰ τῆς Ἑκάτης ἕξεται τοῦτο πύθισθαι  
 εἶτε τὸ πλουτέων εἶτε τὸ πεινῆν βέλτιον φησὶ γὰρ  
 αὕτη  
 τοὺς μὲν ἔχοντας καὶ πλουτούντας δειπνον κατα  
 μὴν ἀποπέμπειν.

Hoc autem non dubitat Hemsterhusius (ad *Luciani Dial. mort.* I p. 330) quin factum fuerit lustrata domo, quam religionem singulari fere mensibus, velut intervallo temporis legitimo, qui quidem erant paullo supersticiosiores, obire consueverant; eodem referas *Daetal. fr.* XII τὶ δαί; *κυβδίων λεπτῶν ἐπρω τῇ θεῇ* ἔς τὰς τριόδους; *fr. inc.* LXXXII κῶν Ἑκάτης ἀγαλμα φωσφόρον (ex *Euripide ap. Plutarch. de Iside et Osiri*

p. 379 D; *θῆκάτη ποιούσα παιγνίαν Lys.* 700. Per Hecaten φωσφόρον mulier iurat *Thesm.* 858; *ἡ τῆρ' Ἑκάτην Eccl.* 70, 1097, *Plut.* 764. Chremylus cum anu colloquens iurat *μὰ τῆρ' Ἑκάτην*

Ἑκβάτανα: urbs Persica, quae propterea quod remotissima ab Athenis erat felicissima habebatur: ὠκβάτανα τοῦ σχήματος *Ach.* 64 (exclamat Dicaeopolis viso miro legatorum vestitu); *εἰδὲν τις ὑμῶν τὰ κβάταν' ἢ τοὺς Χαδνας; Ach.* 613 (h. e. vosne carbonarii umquam legatione tam quaestuosae functi estis?); *ἐν Ἑκβατάνοις δικάσεις, λείχων ἐπίπαστα Eq.* 1089 (ex oraculo ficto); *ἐν Ἑκβατάνοισι ταῦθ' (Περσὶς sive καυνάκη) ὑφάσεται αἰτ πατρί Bdelycleon, quem ille rogat ἀν' Ἑκβατάνοισι γίγνεται κρόκης χόλιξ, Vesp.* 1143, 1144

Ἑλάφιον: nomen meretriculae in *Thesmoph.* v. 1172, quam adducit *Euripides* lenae anus habitu ad fallendum *Scytham*

Ἑλένη: ὁ γῶν *Μενέλαος τὰς Ἑλένας τὰ μάλὰ πα (papillas) γυμνάς παρείδων ἐξέβαλ', αἰῶ, τὸ ἔξφος Lys.* 156; *τὴν καὴν Ἑλένην μιμήσομαι Thesm.* 850 (sc. *Helenaem* *Euripidis* nuper editam: simul argumentum fabulae novatum intellegitur); sequentia, v. 855—922, ex ea per imitationem comicam expressa sunt

(Ἑλευστῖνα): θεοφιλῆς ἐορτὴ ἢ e. eata *Cereri* dicitur *Ran.* 442, quippe quae ipsa instituerit et regibus *Eleusinis* monstraverit

Ἑλλάς: Ἑλλάς ἐξερημωθεῖσ' ἀν ὑμᾶς (τοὺς Ἀθηναίους) ἔλαθε *Pac.* 648; *Μέτων, ὅν εἶδεν Ἑλλάς χά Κολωνός Av.* 998; *δείξατε τὸν τῆς Ἑλλάδος ὑμῶν καὶ τῆς γῆς τῆσδε μόναρχον Eq.* 1330; *τάγαθὰ μοι μέμνησ' ἔχεις φάσκων τῆς Ἑλλάδος ἀρχεω Vesp.* 577; *ἔξδν σπεισαμένους κοινῇ τῆς Ἑλλάδος ἀρχεω Pac.* 1073; *ξένω σοφῆς ἀφ' Ἑλλάδος Av.* 409; *Ἑλλάδος ἦβας (ex Aeschylī Agamem.) Ran.* 1285; *σὲ πρῶτον ἐκβαλόντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος Pl.* 463; *δλης τῆς Ἑλλάδος ἐν ταῖς γυναιξίν ἐστιν ἡ σωτηρία Lys.* 29; *ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι (decet hoc opus Graeciam, Ach.* 8; quae verba sumpta ex *Eur. Telepho frag. trag.* p. 718 ubi cum *Dobraeo* legit *Nauckius*

κακῶς ὀλοίατ' ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι; Περι-  
κλῆς ξυνεκῆκα τὴν Ἑλλάδα Ach. 531; ὁ  
βυροσπῶλης (Cleo) ὁς ἐκῆκα τὴν Ἑλλάδα  
Pac. 270; δίδαξον ἡμᾶς ὡ πᾶτερ ἦτις ἡ τιμὴ  
᾿στὶ σοι καρπουμένῳ τὴν Ἑλλάδα Vesp. 520  
(ubi schol. τοὺς φόρους γὰρ ἐλάμβανον οἱ  
᾿Αθηναῖοι· ὁ δὲ λόγος ᾿Τί σοι ἐκ τούτου  
᾿Αθηναίῳ ὄντι πλέον γίγνεται τὸ δικαστικὸν  
(tribolum) μόνον λαμβάνοντι: sc. ἡ τιμὴ=  
mosibis secundum filium, pater auctoritatem  
et gratiam omnem in civitate intellegit);  
μὴ ᾿κκόρει τὴν Ἑλλάδα (Iovem Trygaeus  
orat παῖσιν ἐρημον ποιῶν οἰκητῶρων διὰ τῶν  
πολέμων SCHOL.); γράφομαι accusa ὁ Μῆ-  
δοισιν αὐτὸν (τὸν Δία) προδιδόναι τὴν Ἑλλά-  
δα Pac. 107; similiter et Sol et Luna  
proditionis insimulantur τοῖς βαρβάροισιν  
προδιδόντων τὴν Ἑλλάδα Pac. 406; κοινῇ  
σώσομεν τὴν Ἑλλάδα Lys. 41; πολέμου  
καὶ μανιῶν ῥυσταμένας Ἑλλάδα καὶ πόλιν  
Lys. 342; ἡμῖν (ταῖσι γυναιξίν) ἔδοξεν σώσαι  
τὴν Ἑλλάδα κοινῇ Lys. 525

Ἑλλη: ἔχεις ἐλπίδα χορηστὴν τινα νῦν  
ἢ πόρον Ἑλλας ἱερὸν Vesp. 308 ad quem  
l. schol. νῦν πόρον τὸν πορισμὸν φησιν (trio-  
bolum scilicet) ἐπήνεγκε δὲ παρὰ τὸ Πινδα-  
ρικὸν fr. 197 ubi de Hellesponto dicit poeta.  
Ἑλλάξ sicut vulgatum tenet Richter us ut ita  
dicat quasi sit Ἑλλάδος instar urbs Athe-  
narum

Ἑλλην: οὗτος ἐστ' οὐκ Ἀργύλας μὰ Δι'  
οὐδὲ γ' Ἑλλην Heroes fr. 5; ὠνδρες Ἑλ-  
ληνες Pac. 293; Ἑλλάνων νῆμφι Ach. 773  
(h. e. communi hominum opinione);  
ἴνα γ' Ἑλλήνων ἀρξῆ (ὁ δῆμος) πάντων Eq.  
797; μέγιστος Ἑλλήνων ἔσει Eq. 838; χαίρι  
ᾧ βασιλεὺς τῶν Ἑλλήνων Eq. 1335; ὑπὲρ  
Ἑλλήνων πάντων πέτομαι τόλμημα νέον  
παλαμησόμενος Pac. 93; ἐρησόμενος (τὸν  
Δία) Ἑλλήνων πέρι Pac. 105; ἱκτίνας τῶν  
Ἑλλήνων ἤρχεν τότε κάβασιλευσεν Av. 499;  
εἰ τις βασιλεύει ἐν ταῖς πόλεσι τῶν Ἑλλήνων  
Av. 508; οἱ πῶροι τῶν Ἑλλήνων συνεχώ-  
ρησάν σοι (sc. τῇ Δυσιστράτῃ) Lys. 1110;  
ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατερράγη Ἑλλησιν  
πᾶσιν ἐκ τριῶν λακαστριῶν Ach. 478; ἐδδαί-  
μων ἐν Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἑλλησι διάξεις  
Nub. 413; εὐχώμεσθα τὴν νῦν ἡμέραν Ἑλ-  
λησιν ἀρξαι πάσι πολλῶν κάγαθῶν Pac. 436  
(ubi schol. narrat Comicum alludere ad

Melesippi legati Lacedaemoniorum de pace  
servanda Athenas missi verba ἦδε ἡ ἡμέρα  
πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν τοῖς Ἑλλησιν  
ἀρξαι, quae iste initio belli, cum re infecta  
Lacedaemonem rediret, in finibus Atticae  
locutus esse dicitur. Vide Thucyd. II 12);  
ἐπευξαμένους τοῖσι θεοῖσι δίδοναι πλοῦτον  
τοῖς Ἑλλησι Pac. 1320; ἐν τε τοῖς Ἑλλησι  
καὶ τοῖς βαρβάροισι πανταχοῦ Ran. 726;  
ἰμαί ποτε Δυσιστράτης ἡμᾶς ἐν τοῖς Ἑλλησι  
καλείσθαι Lys. 554; πολλοῦ γ' ἀξίος ἅπασιν  
τοῖς Ἑλλησιν ὁ θεὸς οὗτος Plut. 878; ἐξφ-  
κίσαντο (migraverunt) οἱ θεοὶ Ἑλλησιν  
ὀργισθέντες Pac. 203; Περικλῆς ἐξεφόρησεν  
τοσοῦτον πόλεμον, ὥστε τῷ καπνῷ πάντας  
Ἑλληνας δακρῦσαι τοὺς τ' ἐκεῖ τοὺς τ' ἐνθάδε  
Pac. 612; ἔσωσα τοὺς Ἑλληνας Pac. 782;  
στρατεύμασιν Ἑλληνας ἀνδρας καὶ πόλεις  
ἀπόλλυε Lys. 1134

Ἑλληνικός: Ἑλληνικὸν ἐπένευσαν  
(Graeco more adnuunt) Ach. 115; ἑλ-  
ληνικὴν πόλιν ἔχεις ἡμῖν φράσαι; Av. 148

Ἑλύμιον: aut locus in Euboea aut  
templum πλυσίων Εὐβοίας; μέμνηται δὲ καὶ  
Σοφοκλῆς πρὸς πέτρας Ἑλυμνίαις Nauck  
Tr. fr. p. 180: οὐκ ἀποπετῆσει θάσσον εἰς  
Ἑλύμιον; Pac. 1126

Ἑμπούσα: δαιμόνιον τι περὶ τὴν Ἑκάτην  
Eustathius ad Dionys. v. 723 quam in omnes  
se formas (ἐς μυρίας μορφὰς) mutasse tradit  
praeter alios Lucian de saltat. c. 19 II p.  
279 ed. Hemsterh.; nocturnum fuit spec-  
trum, quod in maximis micat tenebris,  
cruribus altero aëneo, altero e stercore  
bubulo composito; hinc Ran. 293 Dionyso  
ἐμπούσα τοῖσιν ἐστὶ suspicanti Xanthias  
πυρὶ γοῦν λάμπεται ἅπαν τὸ πρόσωπον re-  
spondet: tum illo interrogante an etiam  
σκέλος χαλκοῦν ἔχει respondet servus νῆ τὸν  
Ποσειδῶ καὶ βολάντων θάτερον; in Eccl.  
1056 anus libidinosa, deformis; ulceribus  
obsita vocatur ἐμπούσα τις ἐξ αἵματος  
φύκταιναν ἡμφιεσμένη; Tagen. fr. xv τί  
καλεῖς Ἑκάτην τὴν Ἑμπούσαν (saepe enim  
fit in religionibus Graecorum, ut ministran-  
tium nomina cum ipsa dea praeside earum  
communicentur. FRITZSCH)

Ἑνωάλιος: ΧΟ. Ἄρει δὲ μή. TP. μή.  
ΧΟ. μήδ' Ἑνωάλιῳ γε Pac. 457. (Non  
aliter inter se differunt Ἄρης et Ἑνωάλιος

quam ipse Romanorum Mars a Bellona dea, aut Πόλεμος ab Ἄρης. RICHTER ad l.) Athenienses diversum a Marte Enyalium coluisse tradit Ven. Scholiastes ad Hom. *Il.* XVII 211. Probatur id iure iurando ephororum Atticorum: Ἰστορες θεοί, Ἄγραυλος, Ἐνυάλιος, Ἄρης, Ζεὺς, in quo quum singuli singulis nominibus nuncupentur dii, recte Lobeckius ad *Soph. Aiac.* v. 178 monet Ἐνυάλιος non posse pro epitheto Martis haberi. 'Videtur autem' ait Wunderus 'nomine illo is deus significatus esse, qui proelium excitare tumultumque bellicum commovere putabatur. Hinc qui bello impetum facere incipiebant τῷ Ἐνυάλῳ ἀλαλάξεν vel ἐλελίξεν solebant'

**Ἐξηκестίδης:** nobilis fuisse videtur citharoedus quippe qui teste schol. ad *Av.* 11 non solum bis Panathenaëis sed etiam ludis Pythiis et Carneis praemium reportaverit. Perstringit tamen Aristophanes eius modos tamquam ψιθυροῦς et εὐηθείς in fr. 366 (LIX), nisi vero fragmentum illud ad alium referendum sit Excestidem. Exagittatur autem ab Aristophane quod, peregrina cum esset origine, in civitatem Atticam irrepisset; οὐδ' ἂν μὰ Δι' ἐνγεγεῖθεν Ἐξηκестίδης (ἐξέυροι τὴν πατρίδα) *Av.* 11; εἰ δὲ δοῦλός ἐστι καὶ Κάρ ὡσπερ Ἐξηκестίδης *Av.* 765; οὐ γὰρ εἰσι βάρβαροι, ὅθεν δ πατρώος ἐστὼ Ἐξηκестίδης; *Av.* 1527. Vide Bergkium *Comm. de R.C.A.A.* p. 372

**Ἐπίγονος:** vel inter mulieres magis mulier esse videtur, homo mollissimus *Eccl.* 167 δι' Ἐπίγονον ἐκεωνὸν (τοὺς ἄνδρας γυναικας λέγω) βλέψασα γὰρ ἐκέισε πρὸς γυναικας φόβῳ λέγειν

**Ἐπίδαυρος:** Argolidis e regione Aeginae: ἀσκήματα καὶ λνα καὶ πίτταν (ἐξ Ἀθίνης) διαπέμπων εἰς Ἐπίδαυρον *Ran.* 363; Epidaurii autem Argolici tum socii erant Lacedaemoniorum *Thuc.* VI 67

**Ἐπικράτης:** In Epicratem et Phormisium scriptos esse Platonis Πρέσβεις docet fragmentum huius fabulae apud Athenaeum VI p. 229 F ubi de argenteis vasis disserit:

κατέλαβον Ἐπικράτης τε καὶ Φορμισίους  
παρὰ τοῦ βασιλέως πλείστα δωροδοκίματα,  
δέξβαφα χρυσὰ καὶ τινακίσκους ὄργυρους.

Epicratem plurimis donis a rege Persarum corruptum esse ipse dicit Athenaeus VI p. 251A. Adde Plutarchum in *Pelopida* c. 30 Ἐπικράτους γοῖν ποτε τοῦ σακεσφύρου μήτε ἀρνούμενου δῶρα δέξασθαι παρὰ βασιλέως, ψήφισμά τε γράφειν φάσκοτος, ἀπὲρ τῶν ἐννέα ἀρχόντων χειροτονείσθαι κατ' ἐνιαυτὸν ἐννέα πρέσβεις πρὸς βασιλέα τῶν δημοτικῶν καὶ πέντην, ὅπως λαμβάνοντες εὐπορώσω, ἐγέλασεν ὁ δῆμος. Etsi igitur Epicrates et Phormisius ne ipsi quidem negaverunt, donis se a rege Persarum temptatos esse, tanta tamen illorum fuit auctoritas, tanta audacia ut nullas darent poenas. In ius quidem vocati sunt extatque etiam nunc Lysiae oratio qua Epicratem ceterosque legationis socios graviter incusat eaque ipsa crimina in illos confert quae comici poetae notaverunt, *Or.* 27 p. 363 ed. Bekker. Idem illic addit Epicratem non tunc primum a rege Persarum pecunia corruptum esse sed iam ante ob illud ipsum crimen in ius vocatum esse: καὶ οὐ νῦν πρῶτον ὠφθησαν ἀδικούντες, ἀλλὰ καὶ πρότερον ἤδη δῶρων ἐκρίθησαν, § 4: quod quidem tunc factum esse putat Bergkium, cum Tithraustes satrapa Timocratem Rhodium cum quinquaingenta talentis in Graeciam misit, qui viros potentissimos temptaret populi que animos contra Lacedaemoniorum potentiam exacerbaret, quod factum *Ol.* xcvi 1. Tunc igitur in iudicium vocatus iudicum tamen sententia absolutus est, vide *Lysias* l. 1.: καὶ ὑμῖν ἐχω ἐπικαλέσαι δι τοῦ αὐτοῦ ἀδικήματος Λεωδάμαντος μὲν κατεψηφισασθε τούτου δ' ἀπεψηφίσασθε, τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς ἀπάντων κατηγοροῦντος καὶ τῶν αὐτῶν καταμαρτυρούντων. Epicrates autem tunc periculo liberatus paulo post circa bellum Corinthium videtur ab Atheniensibus una cum Phormisio aliis ad Artaxerxem regem Persarum missus esse, a quo dona pretiosissima accepit, alia vero publica munera mala fraude sibi vindicavit: itaque a Lysia in ista oratione duo potissimum crimina in illum coniciuntur, quod pecunia corruptum se passus sit et quod publicas opes surripuerit, cf. § 10 sqq. Quamquam autem in extrema oratione orator flagitat ut ultimo supplicio afficiant Epicratem, tamen, id

quod ille veretur, videtur effectum esse, ut iudicium sententiis liberaretur; nimirum non solum Epicrates, quem Pausanias una cum Cephalo principem obtinuisse locum significat, sed etiam Phormisius plurimum gratia atque auctoritate apud populum valebat; erat enim unus ex iis, qui Peloponnesio bello extremo Athenas in libertatem vindicaverunt, cf. Dionys. Halicarn. *de Lysia* c. 32. Quod Demosthenes quidem *de fals. legat.* pp. 430, 431 prodidit memoriae. Epicratem morte damnatum esse: κατὰ τοῦτ' ἰδὲ τὸ ψήφισμα τῶν πρέσβεων ἐκέλευε ὑμεῖς θάνατον κατέγνωτε, ὡν εἷς ἦν Ἐπικράτης, ἀνήρ, ὡς ἐγὼ τῶν πρεσβυτέρων ἀκούω, σπουδαῖος καὶ πολλὰ χρήσιμος τῇ πόλει καὶ τῶν Πειραιῶς καταγαγόντων τὸν δῆμον καὶ ἄλλως δημοτικός: ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτὸν ὠφέλησε τούτων, καὶ δεκάως; infra autem affirmat Epicratem exterminatam esse urbe: non de illa Epicratis ad Artaxerxen legatione loqui eum apparet; (nam quae dicit eum cum sociis commisisse καταψευδόμενοι τῶν συμμάχων καὶ δῶρα λαμβάνοντες ea ex parte tantum congruunt cum illis criminibus quae Lysias in legatos confert, magna vero ex parte discrepant) sed de illa quam ad Tiribazum suscepit Olymp. xcviij 2. Epicratem enim pacis Antalcidae suasorem fuisse prodit scholiasta Aristidis, qui in *Panathenais* I p. 283 *ed. Dindorf* dicit Athenienses tam aegre tulisse ignominiam, quae ipsis hac pace illata esset, ut auctores huius foederis supplicio affecerint. Post hanc igitur pacem cum pecunia corruptus et ipsos Athenienses et socios prodidisset, condemnatus et exilio multatus est. Ridet eum Aristophanes in *Eccles.* v. 68 quod barbam nimis prolixam more Lacedaemoniorum aleret: Ἔγωγε (πύγωνα ἔχω) inquit mulier Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγη καλλίονα' ubi Scholiasta: οὗτος μέγαν πύγωνα ἔχων ἐπεκαλεῖτο σακεσφόρος καὶ Πλάτων ὁ Κωμικός φησὶν (Πρέσβει fr. iii)

ἀναξ ὑπήνης Ἐπικράτες σακεσφόρε:

(conf. *Eccles.* 502 μίσει σάκον πρὸς τῶν γνάθων ἔχουσα; Plutarch. *Pelopid.* l. l.). De Epicrate autem et Phormisio intellegenda sunt ea quae Aspasius affert ad Aristotelis

*eth. nicom.* IV 7 tamquam e Platonis *Legatis*: χαίρεις, ὄμαι, μεταπετρέσας αὐτὸν διακλιμακίσας τε, τὸν ὑπηρέβιον, σπαρτιοχαίτην, βυποκόνηδον, ἐλκετρίβωνα, gaudes, opinor, sede emoto et lucta everso barbigero illo, sparteis crinibus, sordidis digitis, amiculum trahente sc. more Spartanorum. BERGK. *Comm.* pp. 389—394: Meineke *fr. com.* I pp. 182, 183. Conf. et Platon. *Phaedr.* p. 227 B, unde apparet Lysiam Epicrate familiariter usum esse

Ἐποψ v. s. n. Τηρέσ

Ἐρασινίδης: εὐδαίμων ἄρ' ἦν, εἰ καὶ στρατήγησέν γε μετ' Ἐρασινίδου Ran. 1196 h. s. beatus igitur erat (Oedipus, beator futurus) siquidem etiam unus ex illis decem praetoribus fuisse qui pugnarunt ad Arginusas. Ex quibus cum Conon et Arcestratus ne in crimen quidem vocati sunt, Protomachus autem et Aristogenes profugerant, recte Xenophon *Hellen.* I vii 2 sex tantum supplicio affectos tradit. Fuerunt autem hi, Erasinides, Thrasyllus, Pericles, Lysias, Aristocrates, Diomedon. Erasinidem autem propterea elegit, quod imprimis atrociter in eum saevitum est, Xenoph. l. c. Similiter τοὺς ἀμφὶ Θράσυλλον καὶ Ἐρασινίδην i. e. Thrasyllum et Erasiniden cum reliquis praetoribus dixit Xenoph. *Memorab.* II 18 hos nominatim commemorans quia Erasinides censuerat ἐπὶ τοῖς ἐς Μιτυλήνην πολεμίοις τὴν ταχίστην πλεῖν ἀπαντας, Thrasyllus τὰς μὲν ναῦς καταλιπεῖν (sc. ad sepeliendum caesos), τὰς δὲ ἐπὶ τοῖς πολεμίοις πλεῖν, *Hellen.* l. c. § 31. Diodor. Sic. XIII 103; Thirlwall. *Hist. Graec.* Vol. IV. c. xxx. p. 114, *ed. mai.*

Ἐργασίων: nomen agricolae, Ἐργασίωνος τὰς χάρakas ὑφειλόμεν Vesp. 1201

Ἐρεβος: χάος ἦν καὶ Νδξ Ἐρεβός τε μέλαν πρῶτον καὶ Τάρταρος εὐρύς, γῆ δ' οὐδ' ἀήρ οὐδ' οὐρανός ἦν. Ἐρέβους δ' ἐν ἀπειροσι κόλπαισι τικτεῖ πρῶτιστος ὑπνέριμος Νδξ ἢ μελανόπτερος φῶν Av. 693—5, h. e. antequam aër esset, fuit Erebus in cuius sinu Nox peperit ovum illud, unde Amornatus est, qui materiam ὁμοιογενῆ congre-

gavit. BERGLER. Ex Hesioidea theologia: vide Hesiod. *Theogon.* v. 123

ἐκ χάεος δ' Ἐρεβός τε μέλαινά τε Νῆξ ἐγένοντο; φύλαττε πᾶς ἀέρα περιπέφελον ὄν Ἐρεβός ἐτέκετο Av. 1190

Ἐρεχθεΐδης: Atheniensis, Eq. 1015, 1030

Ἐρεχθεύς: τί γάρ ἐστ' Ἐρεχθεὶ καὶ κολοίσι καὶ κυνί Eq. 1022 h. e. quid enim rei est Erechtheo cum gaculis et cane? ait haec Demus, cum Paphlagon oraculum fictum citasset φράξου Ἐρεχθεΐδη

Ἐρινύς: ἴσως Ἐρινύς ἐστὶν ἐκ τραγῳδίας, βλέπει γέ τοι μανικὸν τι καὶ τραγῳδικόν, Plut. 423 (de Penia Blepsidemum quam Furiarum unam esse colligit ex lurido tetro et terribili eius adspectu, sed cum sine face eam esse intellegit, male multandam esse dicit, quippe quae non sit Erinnyis); Τιμῶν Ἐρινύος ἀπορώξ Lys. 811; Κικντοῦ περίδρομοι κύνας Ran. 472. Templum earum erat quo confugiebant supplices; καθῆσθαι μοι δοκεῖ ἐπὶ τῶν σεμνῶν θεῶν Eq. 1312; ET. οὐτός σὺ ποῦ θεΐς; MN. ἐς τὸ τῶν σεμνῶν θεῶν Th. 224

Ἐρμῆς: καὶ νῆ Δ' δ' γ' Ἐρμῆς πέτεται θεὸς ὦν πτερυγὰς τε φορεῖ Av. 373; οὐκοῦν (ἀπολοῦμαι) ἦν λάχω, Ἐρμῆς γὰρ ὦν κλήρω ποιήσεις (ἀποθανεῖν με) Pac. 364 (ubi Schol. ἐπειδή, ὅτε πολλοὺς κατεδικάζον οἱ Ἀθηναῖοι ἀποθανεῖν, οὐκ ἐς μίαν ἡμέραν πάντες ἐφονεύοντο, ἀλλ' ἕκαστος ἐκλήρουτο καθ' ἡμέραν καὶ τῷ κληρωθέντι θάνατος ἐπέη' καθ' ἡμέραν οὐν εἰς μόνος ἐτελεύτα· ἐστὶ γὰρ ὅτε μετεμέλοντο καὶ τοὺς λοιποὺς ἔσωζον. ἐπεὶ οὐν οἱ κλήροι Ἐρμοῦ, παίζων ταῦτα λέγει. Nempe Mercurium directorem sortis efficere posse ut Trygaeum, tamquam condemnatum cum aliis pluribus, primum aut inter primos tangat sors, secundum quam ei moriendum sit, et non relinquatur inter postremos qui sperare possunt adhuc salutem. BERGLER); νῆ τὸν Ἐρμῆν τὸν ἀγοραῖον Eq. 297 forensē i. q. ἐμπολαῖον mercaturae praesidem, Ach. 816 Ἐρμᾶ ἠπολαῖε, Plut. 1155 ubi et alia ei cognomina στροφαῖος, (h. e. παρὰ τῷ στροφεῖ ἰδρυμένος, ut ianitor; alluditur simul ad στροφὰς verutias quae Mercurio etiam placuerunt,

hinc Cario οἶκ' ἔργον ἐστ' ait οὐδὲν στροφῶν at nihil opus est versutiis); δόλιος v. 1157 fraudum patronus (in quo etiam quaedam dittologia est, in bonam partem intellegit Mercurius, in malam Cario; hoc nomine ab iis invocatur qui insidias struunt ut Thesm. 1201; conf. Ran. 1143, Pac. 402 ubi ipse furtis se coli significat); ἡγεμόνιος v. 1159 (qui et animas ducat et viatores); ἐναγώνιος v. 1161 (certaminum praeses); τὸν Δία, τὸν Ἐρμῆν, τὸν Περσεΐδω (ἀπομόσια ἐβελήσεις;) Nub. 1234 (nempe iuxta Solonis legem, qua per tres deos Athenis iurare iubebantur, ad quem morem respicit Plato *Legg.* xi p. 936 E; conf. Eq. 941, Dem. *Mid.* p. 578 Rsk., *adv. Callipp.* p. 1238; nominabantur autem fere qui cuique negotio praesesse crederentur, hic quidem Iuppiter ut supremus deorum; Mercurius ut in re pecuniaria (v. 1277); Neptunus, quia emptus est equus); χθόνιος sive mortuorum deus Pac. 651 (quo nomine invocatur in Aeschyli Choephoris, Ran. 1126 Ἐρμῆ χθόνιε πατρί' ἐποπτεύμεν κρᾶτη, Mercuri inferne qui patris mei imperium curas, ut erepti regni vindex; quae sententia perversa ab Euripide, explicatur ab Aeschyle de Eriunio, οὐ δῆτ' ἐκείνος (sc. Ὀρέσθης τὸν δόλιον εἶπε) ἀλλὰ τὸν ἐριούνιον Ἐρμῆν χθόνιον προσεῖπε v. 1144 (Homericum autem illud ἐριούνης s. ἐρωόνιος (ab ἐρί et δύνημι) = μεγαλωφέλῆς perutilis); φιλανθρωπίτατος καὶ μεγαλοδρότατος δαιμόνων Pac. 398; Ἐρμῆν νύμιον ἄντομαι Th. 977 (sc. gregum custodem; conf. Antipatri epigramma *Anthol.* Iacobs II p. 26; Pausanias II 3 Ἐρμῆς μάλιστα δοκεῖ θεῶν ἐφορᾶν καὶ ἀξίειν κλέμνας); Ἐρμᾶν πρόγονον τίμεν γένος οἱ περὶ Ἄμναν Ran. 1266 (ex Aeschyli *Psychagogis*; canit autem haec chorus, i. e. lacus Averni, ubi scena erat tragodiae, accolae qui erant ψυχομάντες sive ψυχαγωγοί: hi igitur celebrant Mercurium proavum suum sc. τὸν ψυχαγωγόν, propterea quod lacus Averni consecratus erat Mercurio inferno. FRITZSCH); Στρεψαῖος Ἐρμῆς Gaorg. fr. xxiii (ab oppido Thracum Strepsa [παρὰ τὸ δίστραφθαι τὰς δψεις, grammaticus Cramer *Anecd.* II p. 53 4]); Ἐρμῆς τρικέφαλος Triphal. fr. xi (ubi

lusus est, monente Hesychio, in quadricapitem Mercurium in trivio Ceramici positum). Hermae enim ex lapide quadrato factae exsculpito solo capite et obscoenius expressa pendendorum imagine (vide e.g. Thucyd. VI c. 27, Pausan. *Arcad.* p. 666 et 681; hinc Leonidas in epigrammate quod extat Antholog. Palatin. VI 331 (Iacobs Vol. I p. 295) Mercurium ipsum quadratum vocat

καὶ τὸ τετράγωνον μηλοσόβῃ Μαίῳδῳ Ἑρμῆ.

Huc respicit Iuvenalis *Sat.* VIII 53; Cic. de *Nat. Deor.* III c. 22; Herod. II 51) in viis publicis maxime in biviii et triviii ponebantur, quorum inscriptiones, quorsum quaeque via duceret, viatoribus indicarent: talem Athenis a Patroclide fuisse dedicatum docet Harpocration. Ab his autem Hermis multum et magnitudine et elegantia operis illi distabant, quos multi Atheniensium ante fores aedium et in atrii constitutos habebant, qui limen atque introitum servarent, furesque inde abigerent: quorum quidem neque cura erat magna neque veneratio, ut plerumque dedicarentur oblatiis quae legumibus vel pulte essent repletae, cum maiora simulacra deorum victimis caesis consecrari solerent. Hinc Trygaeo Paci deae simulacrum ollis leguminum dedicandum esse censente chorus vilem dedicandi rationem respuit, *χυτραῖσιν ὡσπερ μεμφόμενον Ἑρμίδιον* Pac. 922 (h.e. morosum propter viles ollas;) *πάντ' ἀγὰθ' ὅσ' εἰκὸς ἔστιν Ἑρμῆν ἔσθλει* Plut. 1122; *ἄξιον πάσας τὰς ἄλλας τελετὰς τὰς τῶν θεῶν, μυστήρι' Ἑρμῆ, διπλόει,' Ἀδώνια, ἄλλαι τέ σοι πόλεις πεπαυμέναι κοκῶν ἀλεξικακῶ θύσσουσ' Ἑρμῆ πανταχοῦ* Pac. 420; *Ἑρμῆ, Χάρισιν, Ὀρμισιν* Pac. 455; Mercurius invocatur in Thesmophoriis, *Thesm.* 299. Per eum iurant viri Ach. 742, 779, Eq. 297, Nub. 1277, Ran. 1169, Eccl. 445 *νῆ τὸν Ἑρμῆν; ὃ φίλ' Ἑρμῆ* Nub. 1478, Pac. 416, 718; *ὃ δέσποθ' Ἑρμῆ* Pac. 385, 648, 711; *τῶν ἐρμικοπιδῶν μή τις ὑμᾶς ὄψεται* Lys. 1094 (sc. chorus monet ut sibi caveant ne pro Mercurii statuis habiti simile quiddam patiantur, atque illae nupér sunt passae). In *Pace* Mercurius solus in

caelo restat vasa servans, cum di in ultimum recessum fugerint; Trygaeum advenientem primum truculente excipit, mox caribus oblatiis placatus narrat cur di Graecis usque belligerantibus irati caelum Bello esserit, qui Pacem in profundo antro concluserit. Bello tumultuante et cum mortario ex-eunte abit (180—233). Trygaeum ut videt cum agricolis Pacem extrahere conanem, cum clamore impedit, Iove mortem denunciante ei qui Pacem effodiens deprehendatur; sed tandem precibus per carnes oblatas, detecta a Trygaeo coniuratione Solis et Lunae in deos, promisso principatu in festis plurimis aliorum mitigatur et operaturos ipse incitat, 362—427, indicans et impellens populos qui malignam operam praestant 459 sqq., 475 sqq., 500 sqq. Edicta Pace civitates amice confabulantes inter se et pacis instrumentorum opifices laetos monstrat; agricolas rus suam abire iubet et alacritatem eorum admiratur, 538—565. Narrat originem et progressum belli et quibus artificiiis oratores, quorum Cleo, Pacem saepius accedentem abegerint, 603—648. Pacis, quae cum spectatioribus colloqui non vult irata, interpret est, 657—702. Deinde operam dat Trygaeo in matrimonium, Theoriam tradit ad senatum abducendam; valedicit Trygaeo, quem cum ea descendere de caelo iubet, cum cantharus Iovi iam fulmen gerat, 706—726.

In *Pluto* Mercurius ad Chremylum accurrit nuncios Iovem domum et totam familiam in barathrum abiecturum, quia post visum Pluto reparatum nemo iam dis sacrificet, 1079—1118; sibi quoque pereundum esse, nisi Cario cibum det, cui sua tot ministeria offert; at ea, iam acutum cernente Pluto, inutilia esse omnia monstrat Cario, nisi forte certaminum festorum praesidium, Pluto convenientissimum. Ita acceptus, extra lavatum mittitur ad puteum, 1119—1170

**Ἑρμίδιον:** ab Ἑρμῆς cuius deminutivum est, antepenultima longa ut in *δικαστηρίδιον, ἀργυρίδιον, Βοιωτίδιον, δακτυλίδιον; λίσσομαί σ' Ὀρμίδιον* Pac. 382, *ibid.* 922 (v. s. n. Ἑρμῆς)

**Ἑρμιππος:** Teleclide paulo iunior sed Eupolide et Aristophane prior fuit Her-



mippus Atheniensis, Lysidis filius, acer Periclis et Asiae insectator. Tituli dramatum servati sunt novem: Ἄθηνᾶς γοναί, Ἄρτοποιώλιδες, Δημόται, Εὐρώπη, Θεοί, Κέρκωπες, Μοῦραι, Στρατιώται, Φορμοφόροι. In ea quam inscripsit Ἄρτοποιώλιδες maxime Hyperbolum eiusque matrem ludibrio habitos esse docet Aristophanes Nub. 547, ubi notat poetas comicos, qui

ὡς ἀπαξ παρέβωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος,  
 πούτον δέιλαιον κολετρῶσ' οἷε καὶ τὴν μητέρα.

Commemoratis deinde Euphilde et Phrynicho v. 553 ita pergit;

Εἶθ' Ἑρμιππος αὖθις ἐποίησεν εἰς Ὑπέρβολον,  
 ἄλλοι τ' ἦδη πάντες ἰρεΐδουσιν εἰς Ὑπέρβολον.

Ad matrem spectat versus a Polluce VII 202 servatus

ἰὸ σαπρὰ καὶ πασιπύρη καὶ κάπρανα [καὶ δρομάς]

Ἑρμίων: Zenob. *Prov.* II 22: ἀνθ' Ἑρμίωνος: εἰρηγαίη ἢ παροιμία ἐπὶ τῶν σωζόντων τοὺς ἰκέτας, ἐπειδὴ ἐν Ἑρμιόνη τῆς Πελοποννήσου ἰερὸν ἦν κόρης καὶ Δήμητρος ἀσφάλεια παρέχον τοῖς καταφεύγουσι· μέμνηται ταύτης Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίως (fr. XXV)

Ἑρμῆς: ἐγὼ δὲ τὸν Φιλόξενον γ' ὤμην Ἑρμῆζιν εἶναι Ran. 934 (sc. τὸν ἰππαλεκτρύνα, ubi scholiastes: οὗτος γὰρ ὡς ἄμορφος καὶ ἀγῆδης διαβάλλεται)

Ἑστία: in Vesp. 844 Philocleo vel solus vel servi auxilio vimineum apportat suile (χοιροκομῆον, de quo schol. ἀγγεῖόν τι κανωνῶν, ὅπου οἱ χοῖροι τρέφονται· Ἑστίας δέ, ἐπεὶ ἐπὶ τῆς Ἑστίας τρέφουσι χοῖρους: εἰσφέρει δὲ τοῦτο ἀντὶ δρυφάκτου ἢ κινγκλίδος). ΒΔ. τοῦτι τί ἐστι; ΦΙ. χοιροκομῆον Ἑστίας. ΒΔ. εἶθ' ἱεροσυλῆσας φέρεις; ΦΙ. οὐκ ἄλλ' ἢ αὐὰ ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος ἐπιτρέψω τινα (sc. καταδικάζων); ad quae verba scholiastes ἐν γὰρ ταῖς σπονδαῖς ἀφ' Ἑστίας ἀρχονται καὶ οὕτως (ἐπειτα) ἐκ τῶν ἄλλων θεῶν καὶ Σοφοκλῆς ἐν Χρῦση ὠμίφρα λουβῆς Ἑστία κλύει τάδε; Conf. Cic. *de Nat. Deor.* II 27; Eurip. *Phaeth.* fr. II v. 35 ἀφ' ἧς τὸ σάφρον πᾶς ἀν ἀρχεσθαι θέλοι εὐχὰς ποιέσθαι). Εἰχθεσε τῇ Ἑστίᾳ τῇ ὀρνυθείῳ Av. 863; Plut. 390 exposcit Blesidemus viri ius iurandum πρὸς τῆς Ἑστίας 'tunc hoc affirmare audes iure iurando

per Vestam?'

Εὐθαλῶς: Θεουκλῆδης κατεπάλασεν ἀν Εὐθαλῶς οὖς Ach. 710; ubi Euathli nomine tamquam exemplo improbae audaciae utitur. Erat autem calumniator et famosi nominis demagogus, sordida barbaque origine, quod innuit poeta in Acharn. 711, 712 significans patrem ejus aut consanguineos sagittariorum gregi adscriptos fuisse, et diserte prodit in Holcadi-bus Fr. XIII, ἐστὶ τις πονηρὸς ἡμῶν τοξότης συνήγορος [τοῖς γέρονσιν] ὥσπερ Εὐθαλῶς παρ' ἡμῶν τοῖς νέοις. Ex Protagorae autem profectus erat disciplina (Gell. *Noct. Att.* v 10, Quinctilian. III 1; Apuleius in *Florid.* p. 361; Diog. Laert. IX 54). Εἶτ' Εὐθαλῶς οὐχὶ προδώσειν ὑμᾶς φησὶν, περὶ τοῦ πληθῶς δὲ μαχεῖσθαι Vesp. 590, unde perspicitur populi eum auram captivasse et magna audacia cives bene meritos in iudicium vocavisse. In *Fisandro* Platonis et Cratini *Thrattis* commemoratur. Conf. Bergk. *Rel. Com. Att.* pp. 97—100, Meinek. *Fr. Com. Gr.* I p. 180

Εὐαίλων: dexterrimus orator, orationem habet maxime popularem Eccl. 408—421

Εὐβοία: ἢ δὲ γ' Εὐβοία ἦδὲ παρατέταται μακρὰ πόρρω πᾶν dicit discipulus Nub. 212 seni Strepsidi ostendens γῆς περίοδον: sed alio sensu v. παρατέταται accipiens rusticus respondet οἷδ' ὑπὸ γὰρ ἡμῶν παρεδόθη καὶ Περικλέους, h. e. extensa est et prostrata, sive devicta et subiecta (vide Thucyd. I 114). Ceterum Μάκριδα appellatam esse insulam testis est Strabo x p. 445. Τὴν Εὐβοίαν διδάσων ὑμῖν καὶ σίτον ὑφίστανται ποριεῖν Vesp. 715, h. e. demagogi verbis dant sive promittunt vobis Euboeam sorte inter ipsos distribuendam. Confer Plutarch. in *vit. Pericl.* c. 7

Εὐβούλη: nomen muliebri fictum, Th. 808. Vide Summarium p. 455 *not.*

Εὐδήμος: οὐδὲν προτιμῶ σου· φορῶ γὰρ πριάμενος τὸν δακτύλιον τονδὶ παρ' Εὐδήμου δραμῆς Plut. 884, ubi Schol. οὐ φοβούμαι σε ἐχω φυσικὸν δακτύλιον, δακτύλιον δὲ φησι τὸν λεγόμενον φαρμακτικόν. Huiusmodi anulum commemorat Antiphanes ἐν Ὀμφάλλῳ fr. II;

ἐὰν δ' ἄρα

στρέφη με περί τὴν γαστήρ' ἢ τὸν ὀμφαλον,  
παρὰ Φερτάτου δακτύλιός ἐστὶ μοι δραχμῆς,

si tormen quoddam mihi invadit  
ventrem aut umbilicum, est mihi  
a Phertato anulus, drachma emptus.  
Memorabilis item locus Clementis Alex.  
*Strom.* I p. 334 B. Ἐξήκестος ὁ Φωκῶν  
τύραννος δύο δακτυλίουσ φορῶν γεγοητευμέ-  
νους τῷ ψόφῳ τῷ πρὸς ἀλλήλους διησθάνετο  
τοὺς καιροὺς τῶν πράξεων, ἀπέθανεν δὲ ὁμως  
δολοφονηθεὶς, καίτοι προσημῆσαντος τοῦ ψό-  
φου

**Εὐελπίδης:** persona ficta, civis Athe-  
niensis ex demo Crio, comes Pithetaeri in  
*Avibus* 1—847. Vide s. n. **Παθέταιρος.**  
**Εὐελπίδης** Κριώθεν *Av.* 645

**Εὐεργίδης:** senex iudex, *Vesp.* 234

**Εὐθυμένης:** legati ad Persarum regem  
missi finguntur ἐπ' *Εὐθυμένο*υσ· ἀρχων-  
τος (*Olymp.* lxxv 4), et redeuntes duode-  
cimo post anno, quo diutius fruenterur  
duarum drachmarum mercede diurna, *Ach.*  
67. Vide *Bergk. Comment.* p. 142

**Εὐκράτης:** Vendebat cannabum et Pe-  
ricle mortuo aliquamdiu civitatis tenuit  
habenas, *Equit.* 128 ὁ χορημὸς ἄντικρυς  
λέγει, ὡς πρῶτα μὲν στυππειοπώλης  
γίγνεται, Ὅσ πρῶτος ἔξα τῆσ πόλεωσ τὰ  
πράγματα (ubi scholiasta: στυππειοπώλης  
ὁ τὰ στυππεῖα πωλῶν τούτεστι καννάβινα  
λινά. δηλοῖ δὲ τὸν Εὐκράτη καὶ τὴν ἐπ'  
αὐτοῦ πολιτεῖαν· δε στυππαξ ἑκαλεῖτο διὰ  
τὸ στυππειοπώλης εἶναι). Eidem vero etiam  
pistrina erant ut Photius et Hesychius indi-  
cant, itaque cum denique in iudicium voca-  
tus esset capitisque periculum immineret,  
largitione annonae vel simili aliquo artificio  
videtur grave discrimen eluisse; vid. *Equit.*  
v. 253, εὐλαβοῦ δὲ μὴ' κθύγγη σε· καὶ γὰρ  
οἶδε τὰς ὁδοὺσ ἀσπερ Εὐκράτησ ἐφευγεν  
εὐθὺ τῶν κυρηβίων, ubi scholiasta: ἐπίσταται  
φῆσι τὰσ καταδόσεισ Εὐκράτουσ τὰσ ἐπὶ τὰ  
κυρηβία (furfures)—μυλωνασ δὲ ἔχων ὁ  
Εὐκράτησ εἰκότωσ ἔχε καὶ κυρηβία· ἐκω-  
μῶθησεν οὖν εὐκαίρωσ αὐτὸν ὡσ μυλωνάρχην  
καὶ ὡσ πρὸ αὐτοῦ πολιτευσάμενον καὶ πεφευ-  
γῶτα; hinc fr. inc. LXXXVII καὶ σὺ κυρηβιο-  
πῶλα Εὐκράτεσ στυππαξ. In Γῆρασ fr.  
xxiv ap. Phot. p. 256, 7 Μελιτέα κάπρον

eum vocavit, quod convicium ad sordidum  
hominis cultum horridosque mores refert  
Bergkiius. Eundem Eucratem existimant  
perstringi etiam in *Lysistrata* v. 103 ὁ γούσ  
ἐμὸσ ἀνήρ πέντε μῆνασ ὦ τάλαν' Ἄπεστιν ἐπὶ  
Θράκησ φυλάττων Εὐκράτη; nam *Suidas* v.  
Ἄπεστιν dicit: Εὐκράτησ οὗτοσ ἦν στρατη-  
γὸσ Ἀθηναίων ὁ καλούμενοσ στυππαξ, διαφο-  
δύκοσ καὶ προδότησ, δε ἀπώλετο ὑπὸ τῶν  
τριάκοντα, οἱ δὲ ὡσ πῶν κῶνειον. Sane  
Eucrates, Niciae frater, post cladem Sicu-  
lam dux factus est, isque populare imperium  
tuitus, neque in numerum cccc neque xxx  
virorum receptus est, sed eo ipso tempore  
obiit. At hic Eucrates, Niciae frater;  
diversus omnino est ab isto homine popu-  
lari qui fuit Melitensis; temere igitur post  
Suidam Droyseniun utrumque confuēit. In  
*Lysistratae* loco neutrum intellegendum  
esse autumat Bergkiius sed tertium aliquem  
qui Antiochidis fuit tribus illoque ipso tem-  
pore in Thracia obiit, huc referens titulum  
qui est apud Boeckh. *Corp. Inscript.* I n.  
171. MEIN. *Fr. Com.* H p. 1002 sq.

**Εὐμένιδεσ:** v. s. n. Ἐρωῖεσ

**Εὐπόλις:** Atheniensis, Sosipolidis filius,  
fabulas docere coepit *Olymp.* lxxvii. 2.  
Cum nullo comico Aristophanes graviores  
inimicitias exercuit quam cum Eupolide,  
tametsi initio eais familiaritate usus videtur  
fuisse. Primum enim nascentem Aristopha-  
nis laudem aequo animo tulisse et etiam  
amicum eum fovisse credibile est: nam quam-  
quam *Acharnenses* suis *Νουμμηταῖσ* eripue-  
rant palmam, tamen commodus amicum,  
cum in *Equitibus* aggredi pararet Cleonem,  
scribendo adiuvit partemque parabaseos  
confecit a versu 1288 usque ad finem. Sed  
cum haec fabula ingenti omnium plausu  
esset excepta, invidia et obtreclatio incessit  
animum, quem dolorem mox cavillando  
aemulum significasse propterea est similli-  
mum veri, quod Aristophanes in *Vespis*,  
quam tertio post *Equites* anno docuit,  
vetem amicum asperrimis conviciis exa-  
gitat v. 1025 sq.

οὐδὲ παλαιόταρσ περικωμάζεισ πειρωῶν, οὐδ' εἰτίσ  
ἔροστίησ  
κωμφοῖσθαὶ παιδιχ' αὐνοῦ μισῶν ἔσπευδε πρὸσ  
αὐτόν,

οὐδενὶ πώποτέ φησι πιθέσθαι,

perstringit scilicet quod palaestras soleret frequentare ut iuvenes corrumpere, neque dubitaret Musis pro lenis uti, cum amatoribus minaretur se eorum amasios traducturum esse in suis fabulis nisi sibi eorum copiam facerent; quas sordes iterum ei in *Pace* acerbè obiecit v. 762, quamvis ut antè nomini parcens. Plagium ei exprobrat in *Nubibus* v. 553, quo loco explodit omnes aemulos, qui sterili ingenio eadem semper argumenta ad fastidium usque decantarent, dicitque eum in *Marica*, quam fabulam in Hyperbolom eiusque matrem scripsit, suos imitatum esse *Equites*, addita tantum anu cordacem saltante, quam e Phrynicho sumpsisset. Cum quo loco percommode Fritschius *Quaest. Arist.* p. 144 et Bergkii ap. Mein. *Fr. Com.* II p. 964 composuerunt locum e parabasi *Anagyri* fr. 38,

ἐκ δὲ τῆς ἑμῆς χλανίδος τρεῖς ἀπληγίδος ποιῶν,

ubi lepidam metaphora notat aemulum poetam, qui ex una comoedia sua tres fabulas conglutinasset. At Eupolidem eo redegit invidia ut non erubuerit scribere in *Parabasarum* parabasi

κακείονες τοὺς Ἰππίτας  
συνεποίησα τῆ φалаκρῆ τοῦτῃ καθωρησάμην,

quia scilicet scripta particula *Parabaseos* (v. supra) poetam adiuverat. Perperam ad Eupolidem referunt scholiastae alios locos, ut *Nub.* 542, *Pac.* 741 (ubi in universum loquitur Aristophanes de iis quae in comoedia correxisset): meliore iure fortasse ad Eupolidem refertur quod in *Pace* v. 740 ait Aristophanes se effecisse, ut Comici desinerent *βακοφοροῦντας* i. e. homines genere sordido natos in fabulis inducere, et cum pediculis bellum gerere, ubi Scholiasta annotat, ὡς τοιαῦτα εἰσαγόντων τῶν ἄλλων κωμικῶν, ἀνίπτεται δὲ εἰς Εὐπόλιον. Constat praeterea, ut Platonem in fabula *Níkais*, ita Eupolidem in *Autolyco* Aristophanis argumentum *Pacis* odiose explosisse. Spectat autem utriusque cavillatio ad eam fabulae partem, ubi rustici *Pacis* imaginem magnitudine ac forma supra homines excellentem (unde illi invidiose *κολοσσικόν*) multo sudore et aerumnis ex

antro extrahentes (ἐξάλροντες) exhibebantur, vide *Pac.* vs. 458—520. De poetica Eupolidis facultate fabularumque quas scripsit ingenio ita iudicat Platonius *de div. chor.* p. XXVI ut in argumentorum inventionem et tractationem eum ingeniosissimum fuisse dicat, εὐφάνταστὸς ἔστιν εἰς ὑπερβολὴν κατὰ τὰς ὑποθέσεις quibus haec addit; καὶ ἤνπερ ἐν τῇ παραβάσει φαντασίαν κινούσιν οἱ λοιποὶ, ταύτην ἐκείνος ἐν τοῖς Δράμασιν, ἀναγαγεῖν ἱκανὸς ὢν ἐξ ἄδου νομοθετῶν πρόσωπα (ubi *φαντασίαν* intellege quam *Cicero de Orat.* III 52 'rerum quasi gerantur sub aspectum quasi subiectionem' appellat; conf. *Quintilian. inst. orator.* VI 2 29) h. e. quas reliqui poetae visiones vel absentium rerum imagines in parabasis excitare soleant, eas Eupolin in ipsa actione spectatorum oculis subicere, ut qui mortuos ex inferis excitatos in scenam producat et de rebus ad civitatis administrationem pertinentibus consilia conferre faciat. Quae ad *Δήμους* fabulam pertinent. Illa autem mortuorum ab inferis excitatio non potuit non sublimitatem quandam Eupolidis poesi impertire, sed eam sublimitatem quae venustatis et elegantiae illecebris mirifice esset temperata. Platonius enim, ὥσπερ ἔστιν ὑψηλός, inquit, οὕτω καὶ ἐπιχαρισ καὶ περὶ τὰ σκώμματα εὐστοχος, 'in diceriis et conviciis iaciendis concinnus et ingeniosus.' Eidem male dicendi intemperiam fuisse indicat *Persius Sat.* I 124 iratum Eupolidem dicens, et *Lucianus Iove acc.* II p. 832 *Wetst.* qui Eupolin et Aristophanen vocat *δεινὸς ἄνδρας ἐπικεκρομηῆσαι τὰ σεμνὰ καὶ χλευάσαι τὰ καλῶς ἔχοντα*, quae ad Socratis potissimum irrisionem spectare videntur. Dictionis genere usus est puro elegante ad summum nitorem elaborato. Quindecim videtur fabulas scripsisse, *Δίγες*, *Ἀστράτευτοι* ἢ *Ἀνδρογόναι*, *Διόλυκος*, *Βάπται*, *Δήμοι*, *Διαυτών*, *Εἰλωτες*, *Κόλακες*, *Μαρικᾶς*, *Νουμνίαι*, *Πόλεις*, *Προσπάλτιοι*, *Ταξίαρχοι*, *Ἵβριστοδίκαι*, *Χρυσῶν γέρος*. Vide *Meinek. Fr. Com.* I pp. 104—146; *Cobetum in Platon. com. reliqq.* p. 65, p. 83 sqq.; *Halbertsma Prosopograph. Arist.* pp. 46—51

Εὐριπίδης magna pars comoediarum Aristophanis vere dici potest. Et primum

## Εὐριπίδης

quidem ignobile eius genus tangit et natalium sordes, oleraque agrestia quibus vendendis mater eius Clito victum quaerebat ioculariter obicit Comicus; *εὐδαιμονολης, ὡσπερ ἡ μήτηρ ποτέ* Ach. 457; *Εὐριπίδιον ὦ γλυκύτετον καὶ φίλτατον σκάνδικά μοι δὸς μητρόθεν δεδεγμένος* ib. 478 (sc. olera eiusmodi hortorum possessores pauperibus carpere et gratis secum auferre solebant permittere. Euripidis vero mater utpote *μικρολόγος* si non *σκάνδικας*, similia tamen venditavit, ut vel e re minimi pretii divitias augetet; LEVTSCH. ad *Diogen. Proverb.* VIII 20; conf. Plin. *Nat. Hist.* XXII, 22, 38; *μή μοι, μή διασκανδικίσης*, i. q. *μή διευριπίδισης*, ne more Euripideo *garrius* Eq. 19 (eodem verbo usus est Teleclides ap. Mein. *Fr. Com.* II p. 374); *Εὐριπίδου τοῦ τῆς λαχανοπωλητρίας* Thesm. 387; *ἄγρια ἡμᾶς, ὦ γυναῖκες, δρῆ κακά, ἄτ' ἐν ἀγροῖσι τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφεῖς* Thesm. 456; *ἐγὼ δὲ Μενελέω σ' (ὄμοιον μάλιστα' εἶδον), ὅσα γ' ἐκ τῶν Ἰφύων* h. e. ego vero Menelao te (simillimum vidi) quantum concio e lavendula agresti Thesm. 910 (ubi scholiasta *δέον εἰπεῖν ἐκ τῶν ὄψεων, εἶπεν ἐκ τῶν Ἰφύων Ἰφύων δὲ ἔστιν εἶδος ἀγρίου λαχάνου*); *ἄλθες ὦ παῖ τῆς ἀρουραίας θεοῦ*, (quae parodia est ex Euripidis *Τελερῶ* (?) qui pro *αρουραίας* dixerat *θαλασσίας*) Ran. 840; *κρείττον γὰρ ἦν σοι (τὸ γένος τοῦ δράματος) νῆ Δι' ἢ τὸ σαντοῦ* Ran. 947. Videntur autem hae merae calumniae esse; erat enim Euripides τῶν σφόδρα εὐγενῶν ὡς ἀποδείκνυσι *Φιλόχορος* (Suidas in v. *Εὐριπίδης*), inter cuius argumenta fortasse fuit quod tradit Theophrastus apud Athenaeum x p. 424: *πυνθάνομαι δ' ἔγωγε καὶ Εὐριπίδην τὸν ποιητὴν οἰνοχοεῖν Ἀθήνησι τοῖς ὀρχησταῖς καλουμένοις ὠρχοῦντο δ' οὔτοι περὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος νεῶν τοῦ Δηλίου τῶν πρώτων ὄντες Ἀθηναίων, quae cum aliis affert Athenaeus, ut demonstrat apud veteres pueros splendidissimo genere ortos in sacris quibusdam pincernae munus obire solitos fuisse.*

Hoc igitur Aristophanes ipse commentus esse videtur. Cum aliquanto maiore veri specie Ran. 1048 dicit eius uxorem filiam Mnesilochi thalamos contemerasse;

*ἂ γὰρ ἐς τὰς ἀλλοτρίας ἐποίεις, αὐτὸς τοῦτοιω ἐπλήγης*, quamquam Cephisophontis in hac re mentio non fit apud Aristophanem, non magis quam dicitur uxorem quas A. Gellius xv 2o ridicule ait poetam simul habuisse. Euripides familiariter sane usus videtur Cephisophonte et hinc explicandum quod dicitur ab Aristophane eius opera usus esse in *μελοποιῶν* (vide *Onomasticon* s. n. *Κηφισοφῶν*), quod fortasse non minus falsum est quam quod in *Hesiodis* (?) dicit Teleclides (Mein. *fr. com.* II p. 372) Socratem ei scripsisse fabulas loquacitatis plenas (Diogen. Laert. II 52):

*Εὐριπίδης δ' ὁ τὸς τραγῳδίας ποιῶν τὰς περιλαλοῦσας ὁτὸς ἔστι τὰς σοφᾶς, τὰς σωματοτόμους.*

Si autem minus credimus Aristophani Euripidem Socratis opera usum esse in fabulis componendis, facile eidem fidem habemus studiosissimum eum esse philosophi docenti, Ran. 1491

*χάριεν οὐδὲν μὴ Σωκράτει παρακαθήμενον λαλεῖν ἀποβαλόντα μουσικὴν, τὰ τε μέγιστα παραλιπόντα τῆς τραγικῆς τέχνης. τὸ δ' ἐπὶ σεμνοῖσιν λογοῖσιν καὶ σκαριφημοῖσι Λήρων διατριβὴν ἀργὸν ποιεῖσθαι παραφρονοῦντος ἀνδρός.*

Non minus autem Aristophanem eius studium philosophandi offendebat, quam librorum conquirendorum studium (de quo videatur Athenaei Epitome p. 3 A ubi poetam refert inter τοὺς ἐπὶ συναγωγῇ βιβλίων τεθνασμαμένους, et Diogen. Laert. II 5 22), quod hodie docto poetae maximae laudi foret. Bis itaque bibliothecam eius cum contemptu memorat, cuius e copiis multa in tragoedias suas derivare eum dicit, *ἀπὸ βιβλίων ἀπηθῶν χυλὸν στωμυλάτων* Ran. 943; *ἐς τὸν σταθμὸν αὐτὸς, τὰ παιδί, ἡ γυνή, Κηφισοφῶν, ἐμβὰς καθίσθω, ξυλλαβῶν τὰ βιβλία* Ran. 1409. Credebat enim Aristophanes libris corrupti iuventutem, de quo locus classicus est in Tagenistis fr. III ubi nescio quis ait;

*τοῦτον τὸν ἀνδρ' ἢ βιβλίων διέφθορον ἢ Πρόδοκος ἢ τῶν ἀδολεσχῶν εἰς γέ τις.*

Quid de tragica eius arte iudicaverit

## Εὐριπίδης

Aristophanes e Ranis ubi crisin eius quamdam proposuit, liquet; in qua comoedia omnis generis criminationes protulit, quibus demonstraret Euripidem prorsus pessumdedisse tragicam artem, τὰ μέγιστα παραλιπόντα τῆς τραγωδικῆς τέχνης Ran. 1494. Et in dictione quidem quisquilias tantum et minutias sectari eum arguit, μειρακύλλια τραγωδίας ποιοῦντα Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλίστερα R. 90, cf. Pac. 994; ὦ στωμυλιοσυλλεκτάδῃ R. 841; ὦ κατεστωμυλένε Ran. 1160: verba eius nimis subtiliter examinata. (κατερρωμημένα Ran. 902) et ad unguem exacta omni pondere carent, unde cum contemptu παραπρίσματ' ἐπὼν Ran. 881 et ῥημάτια Ach. 444 ὅπως ἂν αὐτοῖς (τοῖς χορευτὰς) ῥηματίοις σκιμαλίσω; Pac. 534 οὐχ ἤδετα αὐτῇ (ἢ Εἰρήνῃ) ποιητῇ ῥηματίων δικανικῶν; eiusque versus ἐπύλλια dicuntur (ὁ νοῦς μὲν ἔξω συλλέγων ἐπύλλια οὐκ ἐνδόν Ach. 398; ταύτης δὲ (τῆς Εἰρήνης) ὀπώρας (ἔξει), αὐλῶν, τραγωδῶν, ἐπυλλίων Εὐριπίδου Pac. 532; ὡς παρέλαβον τὴν τέχνην παρὰ σοῦ (Aeschylum dicit) τὸ πρῶτον εὐθὺς οἰδοσαν ὑπὸ κομψμάτων ἰσχρονα μὲν πρῶτιστον αὐτῇ, καὶ τὸ βάρος ἀφέιλον ἐπυλλίοις καὶ περιπέτοις Ran. 942, artem quam turgentem excepi, attenuavi versiculis et doctis nugis) et toto caelo differunt a ponderosis et audacibus verbis Aeschyli quae illis opponere solet, de qua re conf. canticum Chori (Ran. 814—830), et scenam illam ludicram ubi verba et versus ad lances adducuntur (1365—1410); verbo artem tragicam emaciavit eique omnem gravitatem tamquam sucum ademit (Ran. 940). Plus aequo mordax iustam tamen Aristophanes in eius prologos censuram exercuit acerbe διαβάλλων τὴν ὁμοειδεῖαν τῶν εἰσβολῶν τῶν δραμάτων in Ran. v. 1200—1247; horum enim priores versus sic eum facere, ut salvo metro et grammatica constructione in fine versuum inseri possit clausula ridicula ληκύθιον ἀπόλεσεν vel tale quid, ostendit in prologis septem tragœdiarum *Archeilai* (?), *Iphig. Taur.*, *Hypsipyles*, *Melanippos Sarp.*, *Meleagri*, *Phrixii*, *Sthenoboeae* (Ran. 1200 sqq.). Numquam bis idem dicit ut Aeschylus qui v. c. κλύειν ἀκούσαι uno tenore

ponit (Ran. 1173), sed habet os rotundum, ut est in fragmento insigni e Σκ. καταλ. (fr. 258)

*χρῶμαι γὰρ αὐτοῦ τοῦ στόματος τῷ στρογγύλῳ,  
τ. ὄ: νοῦς δ' ἀγοραίου: ἦτρον ἢ κείνος ποίω,*

(ubi vide adnotationem), quibus versibus respondet adversariis qui ei obiecerant, quod rideret quidem Euripidem, at tamen eundem imitaretur, ut v. c. Cratinus fecit in fr. inc. CLV (Mein. II p. 225) ubi nescio quis appellatur

*ὕποπεπτόλογος γνωμοδικῆς εὐριπιδαριστοφανίζων.*

Non tantum autem in dictione Euripides parum prospexit cothurni dignitati, sed in eo quoque, quod Melpomenen ad res minutas et domesticas detrusit, οἰκεία πράγματ' εἰσάγων οἷς χρῶμεθ', οἷς ζῆνεσμεν (Ran. 959 coll. Porson. ad Eur. Orest. 1106), unde eius poesis abiecta et humilis facta est (νοῦς ἀγοραίου fr. 258). Indidit enim arti tragicæ λογισμὸν καὶ σκέψιν (Ran. 973) i. e. personas suas inducit tamquam philosophos de qualibet re controversias moventes et in utramque partem disputantes, quae disputationes non sine aculeo ἀντιλογίαί (Ran. 775) et περίπατοι (Ran. 942) appellantur, sicut ipse ποιητῆς ῥηματίων δικανικῶν (Pac. 534), et refertae sunt λυγισμῶν καὶ στροφῶν (Ran. 775), quae vocabula proprie de saltatoribus usurpata, metaphorice sumenda sunt de artificibus sophisticis, quibus personae Euripideae utuntur; unde explicandum videtur quod Euripides ipse dicatur versipellis, στρεψιμαλλος τὴν τέχνην fr. 393. Solent porro eius personae simul atque in scenam prodeunt γενεαλογεῖν i. e. originem suam exponere (Ran. 946, conf. init. *Ionis*, *Herculis fur.*, *Baccharum*, *Hecubae* et *Phoenissarum*) propter quod ridetur in Ach. 47 ab Aristophane, qui non minus recte explosit ridiculum poetae studium derivandi nomina propria; sic, ut noto exemplo utar, cum Euripides nomen Amphionis inde derivasset, quod ἀμφί τὴν ὀδὸν i. e. παρὰ τὴν ὀδὸν editus esset, Aristophanes rectissime in *Thesmothorizasis* β' (fr. 1X) observat, si hoc verum esset,

*\* Ἀμφιδὸν ἐχρῆν αὐτῷ θεθεῖσθαι τοῦνομα.*

Quod Aristophanes poesin Euripidis

## Εὐριπίδης

humilem et abiectam indicavit, imprimis id dictum de γνώμῃς quibus fabulas farcire solet (Nub. 924), quarum complures ut insulsae ridenter a comico, v. c. illa ex *Polyido* (fr. 639 Nauck)

*τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μὲν ἴσθι καταθεῖν,  
τὸ καταθεῖν δὲ ζῆν, ὑπνοῦν δὲ καταθεῖν;*

quae una cum notissima illa ex *Hippolyto* v. 612

*ἡ γλῶσσο' ἡμῶμοχ' ἡ δὲ φρῆν ἀνωμοτος*

et aliis, largam iocandi materiem Comico praebuerunt Ran. 1471 et alibi, et in causa fuerunt cur tragicum ψευδολογον appellaret (Ran. 1521). Idem minime neglexit eum exagitare propter locos, quales leguntur in eius *Bellerophonte* fr. 288, in *Melanippa* fr. 483 et alibi, in quibus personae Euripideae dubitant an sint di, sed eorum causa tragicum tamquam novatorem circa divina proposuit, qui non precatur dis quibus vulgo solebant sed privatis quibusdam novae notae (Ran. 890 *ἕτεροι γὰρ εἰσω, οἶσω εὐχομαι θεοῖς· αἰθὴρ ἐμὸν βῶσκημα καὶ γλώττης στρόφιγξ καὶ ξύνεσι καὶ μυκτῆρες ὄσφραντήριοι*; Thesm. 272 ubi loquitur ipse *ἄνωμο αἰθέρ' οἰκῆσω Διός*; mox v. 274 *ἄνωμο πάντα ἄρδην τοὺς θεοὺς*, quod ambigue dictum, ut monet scholiasta, quasi vellet *πάντας ἡμοῦ αἴρω*, quique viris persuasit non esse deos, Thesm. 450

*ἐν ταῖσιν τραγῳδίαις ποιῶν  
τοὺς ἀνδρας ἀναπέπικεν οὐκ εἶναι θεοὺς.*

In hac re autem non nihil calumniatur Aristophanes, minime enim negabat Euripides deos esse, sed eorum quales a Graecis vulgo colerentur contemptor unicum videtur agnovisse Deum *αὐτοφυῆ*, mentem aeternam atque adeo infinitam, nullius rei indigam, puram et a materia longe semotam, cui materiae natura sua quiescenti et confusae mens ista divina motum atque ornatum indiderit, creatrix caeli et terrae: vide Valckenaer. *Diatrib.* p. 36 sqq. Quod si personae eius aliquid impium fundunt, convenit hoc eorum ingenii, v. c. Bellerophonti. Meliore iure explodit insanum Euripidis studium importune philosophandi in scena et Anaxagorea placita exponendi v. c. de aethere Thesm. v. 13. Unde nomen

ei haesit ὁ σοφός. Ach. 401: *οὐκοῦν δικαίως (ἐπέτριβόν σε) δατος οὐκ Εὐριπίδην ἑπαυεῖς σοφώτατον* Nub. 1378 (Phidippides ad patrem); *οἶόν γε τοῦστιν αἰ σοφὰ ξηνοῦσαι* Thesm. 21 (Euripidem alloquitur Mnesilochus); *οἶδ' (οἱ πανούργοι ἐν Ἄιδῃ) ἀκροῦμενοι τῶν ἀντιλογῶν ἀνώμοσαν σοφώτατον* Ran. 776; *οὐκ ἔστ' ἀνὴρ Εὐριπίδου σοφώτερος ποιήτης, οὐδὲν γὰρ ὠδι θρέμμ' ἀναίδες ἔστω ὡς γυναῖκες* Lys. 308; *εἰ γ' ὦ Παλάμηδες, ὦ σοφώτατη φύσις* Ran. 1451 (ubi Palamedes vocatur ob singulare quoddam acumen); [cf. Aesch. *adv. Timarchum* p. 21 § 141 *Becker*, ὁ οὐδενὸς ἦττον σοφός Εὐριπίδης τῶν ποιητῶν; Athenae. lib. VI p. 270 C ὁ σοφός Εὐριπίδης, XV p. 665 A, κατὰ τὸν πάνσοφον Εὐριπίδην; hinc et illud Plutarchi de *Glar. Athen.* p. 948 ἡ Εὐριπίδου σοφία καὶ ἡ Σοφοκλέους λογιότης, καὶ τὸ Δισχίλου στόμα, Clem. Alex. *Stromat.* v p. 688, § 71 δ ἐπὶ τῆς σκηπῆς φιλόσοφος Εὐριπίδης; et Teleclidis fr. inc. III (Mein. II p. 372) supra d. p. 849 b

Iam in personis Euripidis duo potissimum reprehendebat Aristophanes; primum, quod non satis curiosus esset in eligendis personis, sed omnes domesticos heroum in scenam produceret, unde saepe personis non convenientes sermones tribuerit (*Εὐριπίδης κωμωδεῖται ὡς ἀκαίρορρημων, διὰ τὸ πολλάκις περιθεικέναι λόγους δογμάτων, ὧν ἀπὸ Ἀναξαγόρου ἤτινος ἔμαθε τῶν σοφῶν, βαρβάρους γυναῖξιν ἢ οἰκέταις* Origenes *contr. Celsum* VII p. 720 *ed. Delarue*: ὦ τρισμακάρι' Εὐριπίδη, δὲ ὁ δουλὸς οὕτως σοφῶς ὑποκρίνεται (tam scite respondet) Ach. 401; *ἔλεγεν ἡ γυνὴ τέ μοι χῶ δούλος οὐδὲν ἦττον χῶ δεσπότης χῆ παρθένος χῆ γραιὺς ἄν* Ran. 949), deinde quod in ratione quam sequeretur in movenda auditorum miseratione decori rationem non haberet. Quo enim vehementius commoveret eorum animos, reges et heroes pannis indutos et claudos in scenam producebat. Nobilissimus de hac re locus extat in *Acharnensibus* v. 410 sqq., ubi recensentur omnes quos Euripides mendico habitu repraesentavit: Bellerophon scilicet, Thyestes, Ino, Oeneus, Philoctetes, Phoenix et Telephus: *τί τὰ ῥά κ' ἐκ τραγῳδίας ἔχεις ἐσθ' ἡτ'*

## Εὐριπίδης

ἐλείνην; οὐκ ἐπὶς πτωχοῦς ποιεῖς, ἀλλ' ἀντιβῶλω σ' Εὐριπίδῃ, δὸς μοι βράκιόν τι του παλαιοῦ δράματος Ach. 412—415 (h. e. quid pannos induisti ex tragoedia, vestitum miserabilem? non temere mendicos fingis, sedet enim Euripides vestitus pannis heroum tragicorum); πρότερον ἐπτώχευες Τηλέφος εἶναι Μυσοῦ φάσκων Nub. 921; ὦ πτωχόποιε καὶ βρακιοσυρραπτάδῃ Ran. 842 (ubi Aeschylus Euripidem compellat); ibid. v. 1063 τοὺς βασιλεύοντας βράκι' ἀμπισχῶν, ἅ' ἐλείνοι τοῖς ἀνθρώποις φαίνονται εἶναι; tragœdiam *Ἰππο* tangit in Vesp. 1412, ubi ebrius Philocleo Chæarephonti, quem antestata erat mulier panaria, ait γυναικὶ κλητεύειν ἔοικας θαψίτην, Ἴνῶι κρεμαμένη πρὸς πρῶδων Εὐριπίδου. Claudii autem fracto crure incedebant Bellerophon (Ach. 426) et Telephus et Philoctetes; Εὐριπίδῃ, ἀναβάδην ποιεῖς ἐξὸν καταβάδην; οὐκ ἐπὶς χωλοῦς ποιεῖς Ach. 410; τήρει μὴ σφαλῆς καταρρηγῆς ἐντεῦθεν, εἴτα χωλὸς ὢν Εὐριπίδῃ λόγον παράσχῃς καὶ τραγωδία γένη Pac. 1146; ἀποδείξω τὸν χωλοποιὸν ὅλος ὢν θρασυένεται Ran. 846. Non minus male gravitati tragoediæ consulebat, quod scurrilibus inventis favore vulgi captare conaretur; ex quo genere est quod Bellerophontem Pegaso insidentem in scenam produxit (Pac. 76), porro quod Echo fecit Andromedæ querellis respondentem, et Œæcem Palamedis mortem palmulis remi inscribentem in *Palamede* quorum illud in Thesm. 1008, hoc ibid. 808 lepidissime castigatur. In nulla autem re magis decorum violavit, quam in partibus quas feminis dabat, tragœdiisque impudici argumenti (γάμουσ ἀνοσίους ἐσφέρων ἐς τὴν τέχνην Ran. 850); fecit enim nutricem Phædrae lenæ officio fungentem in *Hippolyto*, Augen in templo parientem et Canacem rem habentem cum fratre Macæreo in *Aeolo* (Ran. 1079—1081.

οὐ προαγωγὸς κατέθει' ὄστος  
καὶ τικτούσας ἐν τοῖς ἱεροῖς,  
καὶ μινυμένους τοῖσιν ἀδελφοῖς;

Nub. 1372), tandem Stheneboeam et Phædræ adulteras (Ran. 1043 sqq.). Quæ res ansam dedit Aristophani ad irridendum eum tamquam *μισογύνην*, qui consulto ar-

gumenta quaereret ubi partes dari possent malæ mulieri, sed numquam mulierem qualis Penelope esset in scenam produxisset quia modesta esset; Thesmoph. v. 336 ubi præco muliebris devovet *εἰ τις ἐπικηρυκεύεται Εὐριπίδῃ Μήδους τ' ἐπιβλάβῃ τινὶ τῇ τῶν γυναικῶν*; Th. 375 ubi eadem recitat decretum senatus (προβούλευμα) iubentis χρηματίζειν πρῶτα περὶ Εὐριπίδου, ὅ τι χρὴ παθεῖν ἐκέειν· ἀδικεῖν γὰρ δοκεῖ ἡμῖν ἀπόσας; Th. 385 sqq. βαρέως φέρω προπηλακισομένας ὁρῶσ' ὑμᾶς ὑπὸ Εὐριπίδου· τί γὰρ οὗτος ἡμᾶς οὐκ ἐπισμῆ τῶν κακῶν; ποῦ δ' οὐχὶ διαβέβληκ' ὅπου περ ἔμβραχυν εἰσὶν θεαταὶ καὶ τραγωδοὶ καὶ χοροὶ; Th. 426 (τοὺς ἀνδράς) ψόκτριψ Εὐριπίδης ἐδίδαξε θρικῆδῆσ' ἔχην σφραγιδια ἑξαψαμένους, (ubi queritur mulier sibi nullam amplius relictam esse rationem latentem et impune in penum se penetrandi, postquam viros docuit Euripides, tamquam verna aliquis regendæ domus artifex, ceram obsignare non, ut antea, anulo sed ligno a teredinibus pertuso idque appensum gestare. Nam signaculum illud mulier imitari non poterat foraminum eius formæque ignara, nisi quæ forte eodem ligni frustra potita esset); Th. 545 sqq. ἀνδρὸς δεῖ ἡμᾶς πολλὰ κακὰ δέδρακεν, ἐπίτηδες εὐρίσκων λόγους ὅπου γυνὴ πονηρὰ ἐγένετο, Μελανίππας ποιών, Φαίδρας τε· Πηνελόπην δὲ οὐπόποτ' ἐποίησ'; δεῖ γυνὴ σῶφρων εδοξεν εἶναι; Th. 466 τὸ μὲν, ὦ γυναικες, δευθυμείσασθαι σφόδρα Εὐριπίδῃ τοιαῦτ' ἀκονούσας κακὰ, οὐ θαυμάσιον ἐστ' οὐδ' ἐπιζεῖν τὴν χολήν; Thesm. 518 κἄτ' Εὐριπίδῃ θυμούμεθα οὐδὲν παθοῦσαι μείζον ἢ δεδράκαμεν (ubi Mnesilochus feminae vestitu celatoque nomine finit orationem versus Euripideo). In quibus non nihil calumniarum esse ostendit C. O. Mueller *Hist. Graec. Litt.* 1 p. 475 *vers. Angl.*

De melicis carminibus Euripidis quid iudicaverit Aristophanes lepidè significavit in Ran. 1309 sqq., ubi Aeschylus μέλος et monodiam ad imitationem Euripidis canit. Arguit eum pessum dedisse musicam (Ran. 1493), carminaque quæ fecit ad imitationem

σκολίων Μελήτου, Καρικῶν αὐλημάτων,  
θρίων, χορείων.

(Ran. 1302), indigna iudicat lyrae honore, sed cani iubet sub crepitu testarum, abiectissimi instrumenti musici. Numeri enim non satis conveniebant maiestati et dignitati tragoediae, sed erant effeminati, soluti, molles et ἐκλελυμένοι; eorumque varietas tanta erat, ut propterea Euripidem comparet cum Cyrene famosissima meretrice. Neque solum eam sibi licentiam permittebat, ut eandem syllabam aliquotiens repeteret (Ran. 1314, 1348 εἰεἰεἰδίσσουσα) sed saepe etiam voces integras iterabat (Ran. 1338 φόνια φόνια δερκόμενον, 1352 ὃ δ' ἀνέπτατ' ἀνέπτατ' ἐς αἰθέρα, 1354 δάκρυα δάκρυ' ἀπ' ὀμμάτων ἔβαλον ἔβαλον). Haec sunt fere vitia quae carpit in Euripidis carminibus, et imitando expressit in iis quae Aeschylus canentem fecit ad eius imitationem. Consarcinavit autem illa carmina ex frustulis Euripideis undecumque collectis, quibus pauca de suo admiscuit; admodum ludicra, praesertim monodiam in qua mulier queritur quod ipsius ancilla furata sit gallum; argumentum sane vile, sed quod consulto elegit quo perstringeret Euripidem, quod in carminibus quoque melicis Melpomenen ad res minutas et domesticas detruderet.

Postremo gravissimum ei crimen obiecit, quod mores Atheniensium corruerit, neque tragicam solum artem pessumderit. Si enim comicum audias, Euripides cives suos

λαλιῶν ἐπιτηθεύσαι καὶ στωμηλίαν εἰδῶσαν  
ἢ ἕκένωσαν τὰς τε παλαιστράς καὶ τὰς πυγὰς ἐνέ-  
τριψεν  
τῶν μερακίων στωμυλλομένων, καὶ τοὺς παράλους  
ἀνέπεισεν  
ἀνταγορεύειν τοῖς ἄρχουσιν,

(Ran. 1069 sqq.) unde auctor extitit ut urbs

ὑπογραμματέων ἀνεμοστίθη  
καὶ βωμολόχων δημοπικῆκων  
ἐξαπατώντων τὸν δῆμον αἰεῖ,

quales fere Clitophon et Theramenes erant, qui Ran. 967 prodiisse dicuntur ex Euripidis disciplina; verbo cives

ἐκ χρηστῶν καὶ γενναίων μοχθηροτάτους ἀπέδειξεν,

(Ran. 1011, 1015), neque adeo placebat bonis sed

τοῖς λυποδύταις καὶ τοῖσι βαλλαντιοτόμοις  
καὶ τοῖσι πατραλοῖσι καὶ τοιχωρύχοις,

et in genere τῷ δήμῳ τῶν πανούργων, qui

eum σοφώτατον existimabant (Ran. 771 sqq.), cum revera πανούργος esset (Ran. 80, 1520). Eodem refer v. κομψευρικῶς dictum Eq. v. 18 et quod Mnesilochus genero obicit τὸ πρᾶγμα κομψῶν καὶ σφόδρ' ἐκ τοῦ σοῦ τρέπου Thesm. 93 et quod ipse ait Thesm. 927 ἦν μὴ προλίπωσ' αὐ μύραι με μηχαναί. Quae criminationes eo fere redeunt ut Euripidem accuset, quod novam disciplinam Athenas introduxerit itaque mores civium corruerit. Sed ridiculum est statuere tragoedias Euripidis tantam vim exercuisse ut civitatis mores corrumpere; quae quamvis eximie placeant iis qui ex eadem quae Euripides disciplina profecti esset et Sophistarum institutione usi philosophiae ceterisque liberalioribus studiis sese dedissent, non in eodem honore erant apud reliquam multitudinem.

In *Acharnensibus* Euripidem adit Dicaeopolis et ab eo mendici miserrimi instrumenta accipit, 394—484 (in qua ῥήσει tota Euripidis studium misericordiam commovendi non animi doloribus sed externo habitu foedae miseriae indice salse perstringitur).

In *Thesmophoriaeuzis* cum multis ambagibus dialecticis socerum suum Mnesilochum ducit ad domum Agathonis, 1—38. Is dum prodeat socero narrat quid velit, 71—95; Agathonem precibus adit; sed hic cum irrisione rem repudiat, 177—208, Quare Mnesilochum, qui se ei tradit, Agathonis novacula et indumentis muliebribus exornat ut mulierem, et abit signo concionis in Thesmophorio apparente, 213—279. Mnesilochus deprehenso et ut Helena in fabula cognomine ad Nili fluentia querente, advenit Euripides Menelaum agens, ut eum eripiat; sed accedente prytane fugere cogitur, novas machinas promittens, 871—927. Asserit astrictus Mnesilochus ubi Andromedam imitatur, iterum, advenit Euripides Persei partes agens, sed Scytha rudis custos Mnesilochi poeticis fraudibus decipi non potest, 1015—1133. Quare Thesmophoriaeuzis pacem offert, se numquam ipsas convicio laesurum promittens; oblatam accipit mulieres; ab Scytha ipse auferat socerum, 1160—1171. Quare eum accedit ut anus lena cum meretricula et tibicine;



## Εὐριπίδης

meretriculae dum operam dat Scytha, invocato Mercurio Mnesilochum solvit Euripides, et auferunt, 1172—1209

In *Ranis* Euripides, cum primum ad inferos descendit, grassatoribus, crumenisecis, patricidis, artem suam vehementer probavit; quare elatus optimi poetae solum ab Aeschylō occupatum affectabat, 771—778. Hinc res ad iudicium devenit, in quo Bacchus iudex constituitur, 801 sqq. Procedit Euripides potiore se dicens Aeschylō et examen flagitat, 830—864. Vanam Aeschylī iactantiam demonstrat, et quid ipse profecerit in tragoedia, 930—979. At Aeschylus probat illum reges mendicos, scelera mulierum, argutias in scena exhibendo pessumdedisse rempublicam 1043—1098. Hinc Euripides prologos Aeschylī examinaturus Oresteae initium per singula vituperat, 1119—1174. Inde suos multos recitat, quos omnes pari subiecta clausula ridicula ipsis initiis Aeschylus perdit 1177—1247. Ad cantica converti iussus Euripides Aeschylī *μελῶν* frustra disiecta in unum iungens risu exponit, 1248—1297. Euripideas monodias Aeschylus imitatione exprimit, modos faciente vetula testulis crepitantibus, 1298—1363. Poetis ad lancem adductis, Euripidē ei versus multo leviores inveniuntur Aeschyleis. Baccho de civitate regenda quaerenti sophisticas nugae respondet Euripides, 1411—1453; neglectus et convicians suis ipse versibus redarguitur, 1469—1478. Euripidem iterum traducere non vult Aristophanes traductum in *Acharnensibus* et *Proagone*, *ἡμῶν οὐκ ἔστ' ἀθῆις ἐνασελγαυρόμενος Εὐριπίδης* Vesp. 61

Perstringuntur Euripidis hae fabulae.

*Αἴολος*: Nub. 1371, Ran. 850, 1081; Ran. 1475 (*fr.* xi), Pac. 114 (*fr.* xvii), 119 (*fr.* xviii); Thesm. 177 (*fr.* xvii), Aeolicon fr. viii (*fr.* viii)

*Ἀλέξανδρος*: Ran. 100 (*fr.* xxi)

*Ἀλκηστis*: Ach. 898 sqq.; Equit. 1251 (v. 180 sq.); Nub. 1415 (v. 691); Thesm. 194 (v. 691); Av. 1243 (v. 675); Vesp. 751 (v. 866)

*Ἀλκμέων, δίδι & Ψωφίδος*: Equit. 1302 (*fr.* ix)

*Ἀλκμήνη*: Ran. 93 (*fr.* ii); ib. 536 (*fr.* i)

*Ἀνδρομάχη*: Vesp. 995 (v. 1076 sqq.), fr. inc. cxxiii (v. 158)

*Ἀνδρομέδα*: Th. 1011, 1015 (*fr.* v), 1018 (*fr.* iii), 1022 (*fr.* iv), 1109 et 1116 sqq. (*fr.* vii), 1029—1041; 1047—1055; 1065 (*fr.* i), 1070 (*fr.* ii), 1098, 1105, 1107, 1128; Lys. 963; Ran. 53, 105 (*fr.* xxxii?), 348 (*fr.* vi)

*Ἀντιγόνη*: Ran. 1182, 1187 (*fr.* i), 1206 (*fr.* ii), 1391 (*fr.* ii)

*Ἀντιόπη*: Thesm. β *fr.* ix; Av. 1381

*Ἀρχέλαος*: Ran. 1206 (*fr.* i)

*Βελλεροφόντης*: Ach. 426 sqq.; Vesp. 757 (*fr.* vi); Eq. 1249 (*fr.* xix); Pac. 76 (*fr.* xvii), 125? (v. Nauck. fragm. tr. p. 448), 135, 147, 54 (*fr.* xviii), 722 (*fr.* xxx)

*Ἐκάβη*: Aeolicon *fr.* vii et Gerytades *fr.* xi (v. 1); Nub. 1165 (v. 171), Ran. 1331 (v. 68?)

*Ἐλένη*: Av. 213 et 744 (v. 1111); Thesm. 855 (v. i), 858 (v. 569), 859 (v. 16), 864 (v. 52, v. 609), 866 (v. 49), 868 (v. 56), 871 (v. 67), 874 (v. 459), 881 (v. 465), 885 (v. 466), 889 (v. 62), 899 (v. 54, 63), 904 (v. 72), 906 (v. 558), 907 (v. 561—563), 910 (v. 564), 911 (v. 565, 566), 913 (v. 627, 634)

*Ἐρεχθεύς*: Lys. 1311 an 1135? Thesm. 120 (*fr.* xiv), Hor. fr. xi (*fr.* iii)

*Ἡλέκτρα*: Ran. 1315 (v. 435)

*Ἡρακλεῖδαι*: Vesp. 1160 (v. 1006)

*Θησεύς*: Vesp. 291, 312, 313 (*fr.* iii), Ran. 465, 470 sqq. (*fr.* ii)

*Θυέστης*: Ach. 433

*Ἰνώ*: Ach. 435, Vesp. 1413

*Ἰπόλυτος*: Eq. 345 (v. 15), 80 (v. 400), 1290 (v. 374), Ran. 931 (v. 374), Lys. 25 (v. 374); Ran. 1043; Thesm. 275 (v. 612); Ran. 101 et 1471 (v. 612); Anagyr. fr. vii (v. 219)

*Ἰφιγένεια, ἡ ἐν Ἀδλίδι*: Ran. 1309 sq. (?)

*Ἰφιγένεια ἡ ἐν Ταύροις*: Ran. 1232; Ach. 47 sq., Lemniae fr. ii (v. 31)

*Κρесоφόντης*: Georg. fr. viii (*fr.* xv)

*Κρήσσαι*: Vesp. 763 (*fr.* i); Ach. 433

*Κρήτες*: Ran. 1356 (*fr.* i)

**Κύκλωψ:** Ran. 844 (v. 424)  
**Δικύμνιος:** Av. 1242; vide Nauck. fr. tr. p. 402  
**Μελανίππη ἡ σοφή:** Lys. 1124—7, Thesm. 272 (fr. vii), Ran. 100, 311; Ran. 1244 (fr. i)  
**Μελανίππη ἡ δεσμώτις:** Ran. 838 (fr. xxix v. 4)  
**Μελέαγρος:** Ran. 864, 1238 (fr. i), 1316 (fr. xviii), 1402  
**Μήδεια:** Ach. 450 et Equit. 809 (v. 169), Eq. 1194 (v. 1057); Nub. 1397 (v. 1317); Pac. 1012 (v. 97?); Ran. 1382 (v. 1); Thesm. 1130 (v. 298); Nub. 41 (v. 1?); Plut. 114 (v. 625?)  
**Οινεύς:** Ach. 418, 471 sq. (fr. xii); Ran. 72 (fr. iii), 1238 (fr. 520 Nauck.)  
**Ὅρέστης:** Ran. 304 (v. 279)  
**Παλαμῆδης:** Thesm. 768 sq., Ran. 1443, 1451, 1446—8 (ubi Euripidis acumen ridere videtur Nauckio fr. tr. p. 429); Av. 842 (?)  
**Πηλεὺς:** Nub. 1154 (fr. i); Ran. 863  
**Πλεισθένης:** Av. 1230 (fr. iv)  
**Πολύειδος:** Ran. 1477 (fr. vii), Ran. 1082  
**Σθενέβεια:** Ran. 1043, 1217 (fr. i); Vesp. 111 (fr. ii); Vesp. 1074 (fr. iii); Thesm. 403 (fr. v); Pac. 124 sqq.  
**Τήλεφος:** Ach. 8 (fr. xiii), 440—1 (fr. i), 446 (fr. xvi), 449(?) 454, 497 sqq. (fr. vii), 540 (fr. viii), 543 (fr. ix), 555 (fr. xii), 577, Equit. 813 et Plut. 601 (fr. xiv), 1240 (fr. xxi); Nub. 891 (fr. xxii), 922; Pac. 528 (?) (fr. xix); Lys. 706, 707 (?) (fr. iv); Thesm. 193, 199 (?), 519 (fr. xi); Ran. 840, 855, 864, 1400 (?)  
**Τημενίδαι:** Ran. 1338 (?)  
**Ψευπύλη:** Nub. 603, Ran. 1211 (fr. i), 1319 (fr. ii); Ran. 64, Ran. 1328 (fr. x), Ran. 1320 (fr. iii), 1322 (fr. iii), 1305 (?)  
**Φιλοκτήτης:** Ach. 423, Ran. 282 (fr. i v. 4), ibid. 1383  
**Φοίνξ:** Ach. 421, Thesm. 413 (fr. ii (?))  
**Φοίνισσαι:** Phoeniss. fr. i (v. 1361); fr. ii (v. 226), Insulae fr. iv; Equit. 1014 (v. 911); Ran. 84 (v. 320), 1185 (v. 18), Plut. 203 (v. 597)

**Φρίξος:** Ran. 1225 (fr. i), 1477 (?)  
**FABULAE INCERTAE:** Ach. 119 (fortasse *Peliadum* secundum Elmsleium), 470, 659—662; Eq. 214; Nub. 30 (fr. cxxxiii; conf. Herc. Fur. 530); ibid. 138 (fr. cxxxiv); Lys. 713 (fr. cxxxix); Thesm. 870, 1122, Ran. 840 (fr. cxxxvii), 1427, 1400, inc. lxxxii  
 In his porro locis *μυείται τὸν Εὐριπίδου χαρακτήρα*, Ach. 398, 442, 455 sqq., Equit. 1203, Av. 371: λέξεις eius in Ach. 396, Ran. 97, 758, 985, 1082, 1314, 1323, 1337, 1351, 1396, 1468, 1477; Thesm. 913, 418, 419, 460, 1122, 1191, Av. 179, Plut. 37, 639  
**Εὐριπίδης:** quadragesimam excogitarat (*τετταρακοστήν ἐπόρσειε*) ex singularum opibus reipublicae conferendam, quo confierent *τάλαντα πεντακῶσια τῇ πόλει*; primum laudibus evectus, deinde ab iterum considerantibus vituperatus, Eccl. 823—829. De hac *εισφορᾷ* agit Boeckhiius *Oecon. Civ. Ath.* iv 4 p. 493 *ed. sec. angl.*, qui tragici filium intellegit  
**Εὐρύβατος:** Schol. Luciani *Alex.* c. 4. e cod. Vindob.: *ὁ δὲ Εὐρύβατος ὡς ποιητὸς καὶ παροῦργος, πρὸς δὲ καὶ προδότης εἰσάγεται Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ καὶ Δημοσθένει τῷ ῥήτορι.* Daedal. fr. i *εἰ δὴ τις ὕμων εἶδεν Εὐρύβατον Δία*, si quis vestrum Iovem tamquam Eurybatum quendam hominem fraudulentissimum vidit.  
**Εὐρυκλῆς:** *πόλλ' αὐτοὺς (τοὺς θεατὰς) εἶ πεποικῶς, τὰ μὲν οὐ φανερώς, ἀλλ' ἐπικουρῶν κρύβδην ἐτέροισι ποιηταῖς* (per alios poetas) *μυησάμενος τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν καὶ διάνοιαν, εἰς ἀλλοτρίας γαστέρας ἐνδὸς κωμωδικὰ πολλὰ χέασθαι*, Vesp. 1016 sqq. (ubi schol. *οὐκ ἐκ τοῦ φανεροῦ ἐπικουρεῖ ὁ ποιητὴς τοῖς θεαταῖς ὕμιν, ἀλλὰ δι' ἐτέρων ποιητῶν λάθρα, ἐπειδὴ διὰ Φιλωνίδου* (Daetalenses Ol. 88, 1 archonte Diotimo) *καὶ Καλλιστράτου* (Babylonios Ol. 88, 2 archonte Euclae magnis Dionysiis; Acharnenses Ol. 88, 3 archonte Euthyno Lenaeis) *καθίει τῶν τῶν δραμάτων πρῶτον γὰρ δρᾶμα δι' ἑαυτοῦ καθῆκε τοὺς Ἰππέας* (Ol. 88, 4 archonte Stratocle Lenaeis. Confer Cobet. *Platon. Com. Reliqq.* p. 105). Platon. *Sophist.* p.

252 c ἐνὸς ὑποφθεγγόμενον ὡσπερ τὸν ἄτοπον Εὐρυκλέα, ubi Schol.: ἐγγαστρί-  
μυθος μάντις, ἀφ' οὗ καὶ γένος τι μάντεων  
Εὐρύκλεις ἔλεγεν

**Εὐρώτας:** Τυνδαρίδας ἀγασὼς (i. q. ἀγα-  
θοὺς) τοὶ δὴ παρ' Εὐρώταν ψιᾶδδοντι Lys.  
1301—2; χᾶτε πῶλοι ται κόραι παρ' τὸν  
Εὐρώταν ἀμπάλλοντι πυκνὰ ποδοῖν ἀγκο-  
νιώαι (i. q. ἀγκονιώσαι) Lys. 1310—1

**Εὐφήμιος:** Θεώρος καίτοι ἐστὶν ἀήρ  
Εὐφήμιου οὐδὲν ἐλάσσωσιν Vesp. 599: homo  
ceteroqui ignotus cum Theoro una perstrin-  
gitur ut adulator

**Εὐφορίδης:** nomen senis Acharnensis,  
Ach. 612, conf. v. 211 δτ' ἐγὼ φέρων ἀν-  
θράκων φορτίον ἠκολούθουν Φαῦλλον τρέ-  
χων

**Εὐχαρίδης:** allii mercator; μὰ Δί'  
(οὐδεὶς οὐδὲ σκοροῦδο κεφαλὴν δέδωκεν) ἀλλὰ  
παρ' Εὐχαρίδου καὶ τὸς τρεῖς γ' ἀγλίδας  
μετέπεμψα Vesp. 680 ubi Richter'us 'ludit  
nomine quasi οἱ 'οὐχὶ προδώσω' sint ἀχαρί-  
δαι. Deinde αὐτὸς μετέπεμψα recte, non  
μετεπεψάμην'

**Ἐφεσος:** ἡ τ' Ἐφεσίου μάκαιρα πάχρυ-  
σον ἔχεις οἶκον, ἐν φῶ κόραι σε Δυδῶν μεγάλως  
σέβουσιν Nub. 598 (aedificatum est templum a  
Chersiphronte Gnossio Ol. xlv, ab He-  
rostrato postea incensum, cuius de mag-  
nificentia vide Plin. *Nat. Hist.* xxxvi 21)

**Ἐφουδίω:** λέγειν χρῆ σε (Philocleonem  
alloquitur filium) ὡς ἐμάχετό γ' αὐτίκα (ex-  
empli gratia) Ἐφουδίω παγκράτιον  
'Ἀσκώνδα καλῶς ἦδη γέρον ὦν Vesp. 1190;  
'Ολυμπιασιν ἠρίκ' ἐθεώρουν ἐγὼ, Ἐφουδίω  
ἐμαχέσατ' Ἀσκώνδα καλῶς ἦδη γέρον ὦν  
Vesp. 1382 sq. Res et personae fictae ei  
μη ἀρα, addit scholiasta, ὁ Ἐφουδίω  
ἐστὶν ὁ ἐν ταῖς Ὀλυμπιασιν φερόμενος Ἐ-  
φουδίω Μαινάλιος οθ' i. e. Ol. lxxix

**Ἐχινούς κόλπτος:** Lys. 1169 παράδοθ'  
ἡμῶν (Atheniensis ait Laconi) τουτοῖ τὸν Ἐ-  
χινούντα καὶ τὸν Μηλιά κόλπτον τὸν διπισθεν.  
Vide Summar. *Lysistratae* p. 394 *not.* 12

## Z

**Ζακύνθιος:** milites Zacynthii postu-  
lantur ad expeditionem Siculam auctore  
Demonstrato: ὁ Δημόστρατος ἔλεγεν ὀπλι-  
τας καταλέγειν Ζακυνθίων Lys. 394

**Ζάν:** dorice pro Ζῆν; Av. 570 ἦσθη  
σέρφω σφαγιαζομένω' βροντάτω νῦν ὁ μέγας  
Ζάν

**Ζεὺς:** Ἄντιμαχον, ὡς μὲν ἀπλῶ λόγῳ (ut  
breviter dicam) κακῶς ἐξολέσειεν ὁ Ζεὺς  
Ach. 1150—1; σέ γ' ὁ Ζεὺς ἐξολέσειεν Plut.  
592; ὁ Ζεὺς σέ γ' ἐπιτρέψειεν Eccl. 771;  
ὁ Ζεὺς ἐμ' ἂν ἐπιτρέψει Plut. 120; καὶ σε  
φυλάττοι Ζεὺς ἀγοραῖος Eq. 499; μὴ ποτ'  
ἀγοραίου Διὸς σπλάγγουσι παραγενόμενον  
Eq. 410; Nub. 366 quaerit Strepsiadēs ὁ  
Ζεὺς δ' ἡμῖν οὐλόμπιος οὐ θεὸς ἐστίν, cui re-  
spondet Socrates ποῖος Ζεὺς; οὐ μὴ ληρή-  
σεις: οὐδ' ἐστὶ Ζεὺς; idem 379 ὁ δ' ἀναγκά-  
ζων ἐστὶ τις αὐτὰς (sc. τὰς νεφέλας) ὥστε φέρε-  
σθαι, οὐχ ὁ Ζεὺς; Nub. 381 τουτί μ' ἐλελήθηεν  
ὁ Ζεὺς οὐκ ὦν; 397 τοῦτον (τὸν κεραυνὸν)  
φανερῶς ὁ Ζεὺς ἔησ' ἐπὶ τοὺς ἐπιόρκους; Nub.  
827 et 1471 οὐκ ἐστὶν Ζεὺς; Nub. 1470  
Ζεὺς τις ἐστίν; (estne aliquis Iuppiter?);  
Nub. 1241 Ζεὺς γελῶσις ὁμνύμενος τοῖς εἰδό-  
σι; Nub. 904 πῶς δῆτα δίκης ὁσσης ὁ Ζεὺς  
οὐκ ἀπόδωκεν τὸν πατέρ' αὐτοῦ δῆσας (conf.  
Platon. *de Rep.* II p. 378 A, *Euthyphr.* c.  
5 sq., Aesch. *Eumen.* 641); Vesp. 619 ἀρ'  
οὐ μεγάλην ἀρχὴν ἀρχω, ὅστις ἀκούω ταδθ'  
ἔπερ ὁ Ζεὺς (qui eadem audio de me  
dici quae de se Iuppiter); Pac. 371  
θάνατον προεῖθ' ὁ Ζεὺς (τούτω) δε ἂν ταῦτην  
ἀνορύττων εὐρέθῃ; Av. 480 ἀποδώσει ταχέως  
ὁ Ζεὺς τὸ σκῆπτρον τῷ δρυκολάπτῃ; Av.  
514 ὁ Ζεὺς ἀετὸν δρῖν ἐστήκεν ἔχων ἐπὶ τῆς  
κεφαλῆς βασιλεὺς ἄν (i. e. statuae Iovis ha-  
bent in capite aequalem), ubi schol. δέον  
εἰπεῖν ἐπὶ τοῦ σκῆπτρου' οὐτω γὰρ ὁ Πίνδαρος  
(*Pyth.* I 105 εἶπε δ' ἀπὸ σκάπτω Διὸς αἰετός,  
ubi Boeckhius 'aquila Iovis sceptrum insidens  
ficta esse videtur antiquitus; atque ita re-  
praesentavit Phidias in Olympii Iovis  
sceptrο, fortasse Pindarum maxime secutus).  
Adde versus Sophocli. ex schol. ad Av.: ὁ  
σκεπτοβόμων αἰετός, κύν Διός); ὁ Ζεὺς  
οὐ βροντήσας ἡμῖν πέμψει πτερόεντα κεραυνῶν  
Av. 577; οὐ καθεδούμεθ' ἄνω (loquitur  
chorus Avium) σεμνυόμενοι παρὰ ταῖς νεφέ-  
λαις ὡσπερ χῶ Ζεὺς Av. 727; εἰ με Ζεὺς  
λυπήσει πέρα Av. 1246; ὁ Ζεὺς ὅπως μὴ μ'  
δυσετα Av. 1494, 1506; ἀπόδωκεν ὁ Ζεὺς  
Av. 1514; τί γὰρ ὁ Ζεὺς ποιεῖ; Av. 1501  
(quaenam est caeli tempestas? conf.

Vesp. 261 ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει τὸν θεὸν ποιεῖσαι; ἐὰν μὴ παραδιῶ τὸ σκήπτρον ὁ Ζεὺς τοῖσιν ὄρνυσιν Av. 1535; Ἰνα, κἄν ὁ Ζεὺς ἴῃ ἄνωθεν, δοκῶ κ.τ.λ. Av. 1550; ἦν ἀποθάνῃ ὁ Ζεὺς, παραδοὺς τούτοις τὴν τυραννίδα, πένης ἔσει σὺ ('Ηρακλῆς), σοῦ γὰρ ἅπαντα γίγνεται (ad te ut filium deveniunt), δὸς ἂν ὁ Ζεὺς καταλίπη Av. 1642 sqq.: Ζεὺς ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὑπο Ran. 1244 (ex Euripidis *Melanippa Sapiente*, Pleniorem locum habet Gregor. Corinth. *comm.* in *Hermog.* in Reiskii *Orat. Gr.* XIII p. 949, ἐν δὲ τῇ *Μελανίππῃ* παρεισάγει ταύτην προοιμαζομένην 'Ζεὺς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὑπο, "Ἐλληγ' ἔτικτε"); τὰ δ' ὑπέστερα νέρτερα θῆσει Ζεὺς ὑψιβρεμέτης Lys. 773; ὁ Ζεὺς με ταύτ' ἔδρασεν Pl. 87; αὐτίκα (exempli gratia) γὰρ ἄρχει διὰ τί ὁ Ζεὺς τῶν θεῶν Pl. 130; ὁ Ζεὺς πένεται Pl. 584; ὁ Ζεὺς βούλεται ἡμᾶς ἐς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν Pl. 1109; ὁ Ζεὺς ὁ σωτήρ Pl. 1189; ἔττω Δεὺς Ach. 911 (sollemnis iurandi formula Thebanorum; conf. Platon. *Phaedo* p. 47 C; Valckenaer ad Eurip. *Phoeniss.* v. 1671); τῶν τοῦ Διὸς παίδων τίς ἄριστον ψυχῇ νομίζεις; Nub. 1048; ἀρχὴν τοῦ Διὸς οὐδὲν ἐδάττω Vesp. 620; τοῦτ' ἐστι τὸ τέρας Διὸς καταιβάτου Pac. 42 (ubi schol. παίζει καταιβιάτην αὐτὸν καλῶν, ἐπεὶ σκάτους τρέφεται ὁ κάρθαρος. Conf. Prom. V. 359 Ζηνὸς καταιβιάτης κεραυνός); εὐθὺ τοῦ Διὸς Pac. 68 (conf. Nub. 162, Pac. 300, Av. 1425, Eccl. 835); Διὸς εἰς αὐλὰς Pac. 161; πρὸς Διὸς ἔδρας Av. 216; τὴν οἰκίαν τὴν τοῦ Διὸς Pac. 176; τίς ἐν Διὸς θύραισι Pac. 177; ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀμαλδυνθήσομαι Pac. 380; εἰ δ' ὄν εἰκὸς τινα τιμῆσαι θύγατερ Διὸς, ὅστις ἄριστος Pac. 736 (ubi schol. παρὰ τὰ Σιμωνίδου ἐκ τῶν ἐλεγείων

εἰ δ' ἄρα τιμῆσαι θύγατερ Διὸς ὅστις ἄριστος  
 δῆμος Ἀθηναίων ἐξετέλεσσε μόνος;

Conf. Bergk. *Comm.* p. 417. Minervam autem dicit); ὄντες βασιλῆς (ὄρνιθες) τοῦ Διὸς αὐτοῦ Av. 468; Ἰνα τοῦ Διὸς πρότεροι τὰ σπλάγχνα λάβωσιν Av. 519; (ὄρχιλος) ᾧ πρότερόν δέ τοῦ Διὸς αὐτοῦ σέρφον σφαγιάξεν Av. 569; πολλῶ κρείττους (ὄρνιθες) τοῦ Διὸς ἡμῖν βασιλεύει Av. 610; τῶν θεῶν τις τῶν παρὰ τοῦ Διὸς Av. 1172; Διὸς μακέλλη Av. 1240; πρέσβεις παρὰ τοῦ Διὸς Av.

1533; ἦπερ ταμιεῖσι τὸν κεραυνὸν τοῦ Διὸς (ἢ Βασιλεία) Av. 1538; κέρανον περοφόρον Διὸς βέλος Av. 1714; τὰς πυρῶδες Διὸς ἄστεροσπᾶς Av. 1746; βασιλείαν πάρεδρον Διὸς Av. 1753; Διὸς ἄμβροτον ἔγχος πυρφόρον 1749; δάπεδον Διὸς Av. 1757; αἰθέρ' οἰκησιν Διὸς Th. 272; αἰθέρα Διὸς δωμάτιον Ran. 100, 312 (conf. Valckenaerii *Diatrib.* p. 47 sqq.); Διὸς Διώνυσον Ran. 216, 631; ᾧ Διὸς σὺ βρόμιε καὶ Σεμέλας παῖ Th. 990; Διὸς ἄμβρον R. 246; Διὸς ἐννέα παρθένου ἀγαλ R. 875; ᾧ Διὸς Ἐκάτα Ran. 1361; τὴν Διὸς τυραννίδα Pl. 124; τοῦ Διὸς πολὺ μείζον δυνάμενον Pl. 128; τοῦ Διὸς τὴν δύναμιν καταλύσει μόνος Pl. 142; τοῦ σωτήρος ἱεροῦ Διὸς Pl. 1575; πρὸς Διὸς δεῖ ἡμῖν ἐστὶν ὁμομαστιγίας (i. e. ὁμόδουλος, faceta allusio ad Δία δούλιον i. e. servorum praesidem) Ran. 756; τοῦτι τί ἦν τὸ πρᾶγμα; ἀλλ' ἢ Διὸς Κόρινθος ἐν τοῖς στρώμασιν (ἔνεστι) Ran. 439 (h. e. quid hoc tandem sibi vult? an forte Iovis filius Corinthus stragulis (inest)? Dicitur scilicet esse videntur ἀλλ' ἢ κόρεις ἐν τοῖς στρώμασιν, similiter autem quae οἱ Κορίνθιοι ponuntur pro οἱ κόρεις Nub. v. 709 ἐκ τοῦ σκιμφοδος δάκνουαι μ' ἐξέρποντες οἱ Κορίνθιοι; vult autem sarcinas non minus crebro iactatas sermone usurpari quam Corinthum Iovis filium. Proverbium enim ὁ Διὸς Κόρινθος de iis dicitur qui unam eandemque rem ad nauseam usque decantant, neque tamen hilum proficiunt ut apud Pindar. *Nem.* VII 154, 155 ταῦτὰ δὲ τρεῖς τετράκι τ' ἀμπολεῖν ἀπορία τελέθει, τέκνοισιν ἄτε μαψυλάκας, Διὸς Κόρινθος; Platon. *Euthydem.* p. 292 Ε ἀπεχνῶς τὸ λεγόμενον ὁ Διὸς Κόρινθος γίγνεται καὶ τοῦ Ἰσοῦ ἡμῖν ἐνδεῖ ἢ τι πλείονος πρὸς τὸ εἰδέναι, ubi dicit Socrates quaestionem tam bona spe susceptam nunc videri sine ullo successu ridiculum quandam exitum invenisse, altera enim proverbio inest significatio, quam scholiastae Platonis et Pindari declarant, sc. ἐπὶ τῶν ὑπερσεμνωμένων κακῶς δὲ καὶ ποιηρῶς ἀπαλαττόντων, cuius usus luculentissimum exemplum est in Eccles. v. 828 ἐπεὶ δ' ἄνασκοιμένοις ἐφαίμετο ὁ Διὸς Κόρινθος καὶ τὸ πρᾶγμ' οὐκ ἤρκεσεν. De origine proverbii bene disputavit Fritzsche, *de Carm. Arist. mystico*

**Ἰβυκος:** Reginus, carminum lyricorum poeta cum Anacreonte coniungitur ut mollis Th. 160

**Ἰθα:** mons Cretae; δὲ ὧ Κρήτης Ἰθάς τέκνα Ran. 1356 ex Euripidis *Creteusibus* fr. 474

**Ἰέρων:** praeco qui res vendendas clamat; οὐ τι μὴ Ἰέρωνι τῷ κήρυκι πομπῆν πέμπετε Eccl. 757 (ubi schol. τὸ δὲ πομπῆν,

ὅτι ὡς ἐν πομπῇ αὐτὰ ἐξάγει). Conf. Herodot. VI 121 Aeschyl. *Suppl.* v. 978

**Ἱεροκλῆς:** neminem quā μάντων Aristophanes peius mulcavit quam Hieroclem ex Oreo Euboeae oriundum (τὸν χρησμολόγον τὸν ἐξ Ὀρεοῦ Pac. 1047, 1125) cui exagitando plusquam 80 versus in *Pace* impendit (1043—1127), quo loco interveniens sacrificio, quod in Pacis honorem Trygaeus instituit, primum oraculis impedire conatur, quo minus sacra fiant, quod cum minus ei procedit, saltem particeps esse vult sacrificii: sed ne hoc quidem Trygaeo permittente, indignatus exta rapere conatur, quapropter male mulcatus abigitur. Proponitur adeo nobis tamquam omnibus iis vitis obnoxius quibus vates infames erant; est igitur gulosus (τένθη v. 1120) et ἀελητος ad sacrificia venit: Athenienses decipit (φρακίσει v. 1087) et oracula canit de rebus (v. 1085) quae iam olim acciderunt, unde perpetuum epitheton τοῦ ἀλαζόνος habet. In nulla autem re magis Aristophanem offendebat, quam quod prae ceteris bello favebat et omnem lapidem movebat quo prohiberet pacem, ne privaretur commodis, quibus belli tempore vates fruerentur (v. 1084). Iubetur εἰς Ἑλύμιον abire, quod νυμφικὸν esse Sophoclis in *Nauplio* fr. 401 ostendit testimonium; et haec explicatio nostro loco convenit: solebant enim in nympharum antris esse μαντεῖα ut v. c. constat de antro τῶν Σφραγιτίδων νυμφῶν (Plutarch. *Aristid.* c. 11), quod inde originem duxit, quod veteres crederent Nymphas homines inspirare et efficere ut fatidicos furores mente conciperent, unde etiam vates nomen τῶν νυμφολήπτων traxerunt. HALBERTSMA *Prosopogr. Aristoph.* p. 93 sq.

**Ἱερώνυμος δὲ Ξενοφάντου:** malus dithyrambopoeus qui ob hirsutiam perstringitur; λαβὴ δ' ἐμοῦ γ' ἔνεκα παρ' Ἱερωνύμου σκοτοδασυπυκνότερχά τω' Ἄιδος κυῆν Ach. 390 (vide s. n. Ἄιδης); κομητὴν ἀγρῶν τινα τῶν λασιῶν τοῦτον, οὐκ ἄν τὸν Ξενοφάντου Nub. 349

**Ἱερώνυμος:** Ἀργεῖος ἀμαθής, δὲ Ἱερώνυμος σοφός Eccl. 201, ubi Palmerius 'Illo tempore fuit Hieronymus vir clarus,

et quem Cónon, dum ad conveniendum regem Artaxerxem pergebat, ducem classis regiae et Atheniensis cum Nicophemo reliquit. Vide Diodor. Sic. Lib. xiv.

Ἰήλιος: v. s. n. Παῖδν

Ἰθάκος: Ἰθάκος Ἀποδρασιππίδου, quasi dicas Fugacidae filius, fictum nomen Philocleonis sub asino fugientis ut Ulixes sub ariete Vesp. 185. Conf. Ran. 1014 δρασιπολίται

Ἰλάων: ἦρωσ, Ποσειδῶνος υἱός, ἀφ' οὗ Ἀριστοφάνης ἐν Τριφάλῳ (fr. xiv) Ἰλάωνας ἔφη τοὺς φάλητας, μεταφέρειν ὡς ὑπερβάλλοντας τῷ μεγέθει, ὡς εἰ ἔλεγε Τιτυούς, ἢ τινας τοιοῦτους. Ἄλλοι δὲ θεὸν πρῶτον φασίν

Ἰλλυριοί: οἱ βάρβαροι θεοὶ πεινώτες ὥσπερ Ἰλλυριοὶ κεκριγότες ἐπιστρατεύσειν φάσ' ἄνωθεν τῷ Διὶ Av. 1521. Confert Kockius Strabon. VII 317, τοιαύτη δ' αὔρα (tam fertilis) ὀλιγορέτο ἢ Ἰλλυρικὴ παραλία, τάχα μὲν καὶ κατ' ἀγροίαν τῆς ἀρετῆς, τὸ μέντοι πλεονεξία διὰ τὴν ἀγριότητα τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸ ληστρικὸν ἔθος

Ἰνώ: Cadmi filia: Euripideam fabulam cognominem respicit Ach. 436 ubi lacerae vestes, quae unae placent Dicaeopolidi inter Thyestis et Inonis iacere dicuntur; et Vesp. 1413 ubi pallida mulier comparatur Eūριπίδου Ἰνώε κρεμαμένη πρὸς ποδῶν. De argumento fabulae haec tradit Hyginus fab. 4: 'Athamas in Thessalia rex cum Inonem uxorem, ex qua duos filios... perisse putaret, duxit Hypseu filiam Themistonem uxorem. Ex ea geminos filios procreavit: postea rescit Inonem in Parnaso esse, quam bacchationis causa eo pervenisse. Misit qui eam adducerent: quam adductam celavit. rescit Themisto eam inventam esse, sed quae esset nesciebat. Coepit velle filios eius necare: rei consciam, quam captivam esse credebat, ipsam Inonem sumpsit et ei dixit ut filios suos candidis vestimentis operiret, Inonis filios nigris. Ino suos candidis, Themistonis pullis operavit. tunc Themisto decepta suos filios occidit, id ubi rescit, ipsa se necavit. Athamas autem in venatione per insaniam Learehum maiorem filium suum interfecit, Ino autem cum minore filio Melicerte in mare se deiecit et dea est facta.' Conf. Apollodor.

III 4, 3, 5 sqq., Ovid *Metam.* IV 121; Pindar *Ol.* II v. 30, Theocrit. *Idyll.* xxvi 1

Ἰόλαος: Hercules amicus a Thebanis summa religione colebatur, hinc Boeotus iurat *vel τὸν Ἰόλαον* Ach. 867

Ἰούλιος: τὸν Ἰουλίου vulgo legebatur Eq. v. 407 ubi nunc reposuit Meinekius Βουλλίου: τὸν Βουλλίου γέροντα κυρροπίπην i. e. flavorum puerorum spectatorem

Ἰοφῶν: poeta tragicus, filius Sophoclis e uxore legitima Nicostrata genitus. Fabulas docuit, antequam pater est mortuus, in quibus ἐμάκησε λαμπρῶς; velut *Ol.* 87, 4 cum Euripide atque Ione contendens alterum locum obtinuit, ut ex Argum. in Eur. Hippol. apparet. Arguebatur quod a patre in scribendo adiutus esset atque adeo paternas tragoedias pro suis vendidaret, quod non obscure significat Aristophanes Ran. 73 quo loco Dionysus poetam nobilem, ubi duo coryphaei decesserint, praeter Iophonem nullum esse relictum queritur: et de hoc ipso dubius haeret utrum eum bonis an malis poetis adscribat, cum patre vix mortuo nondum, quid suis ipse viribus in poesi praestare possit, constet; *τί δ' οὐκ Ἰοφῶν ἔῃ;* rogat Hercules cum Dionysus *τοῦτο γὰρ τοι καὶ μόνον ἐτ' ἐστὶ λοκπὸν ἀγαθόν, εἰ καὶ τοῦτ' ἄρα: οὐ γὰρ σάφ' οἶδ' οὐδ' αὐτὸ τοῦθ' ὅπως ἔχει* Ran. 73—75; quaerentique cur non Sophoclem ex inferis reducturus sit respondet vv. 78, 79 *οὐ πρὶν γ' ἂν Ἰοφῶντ' ἀπολαβῶν αὐτὸν μόνον, ἂνευ Σοφοκλέους ἐτι ποιεῖ κωμῳσίω.* Reprehendit eum nescio quis comicus ob frigidum neque concisum dicendi genus teste schol. ad Ran. v. 78 *οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῷ τοῦ πατρὸς τραγῳδίας ἐπιγράφεσθαι κωμῳδεῖται, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ψυχρὸς καὶ μακρὸς (μαλακὸς?) εἶναι.* Quinquaginta fabulas scripsit, quarum sex nominatim appellantur apud Suidam, Ἀχιλλεύς, Τηλέφος, Ἀκταίων, Ἰλιον Πέρις, Δεξάμενος, Βάκχαι ἢ Πενθεύς: praeter has tragoedias Clem. Alexandr. *Stromm.* I p. 280 Ἀδελφοῦς memorat velut δρᾶμα σατυρικόν. Patremne senem *παρνοῦς* accusando summae impietatis specimen dederit an ad vetustatis somnia reici debeant quae hac de re constans fama tradiderit, nihil hic attinet quaerere. Vid. Ciceron. *Cat. mai.*

c. 7, Lucian. in *Macrobiis* c. 24, Plutarth. *Moral.* p. 785 A.

**Ἰππίας**: Eq. 449 Cleon obiecerat alantopolae eum esse ἐκ τῶν ἀλιτηρίων qui supplices violaverant, hic eadem impudentia ei reponit ipsum esse ortum e satellitibus tyrannorum; τὸν πάππον εἶναι φημὶ σου τῶν δορυφόρων τῶν Βυρσίῃς τῆς Ἰππίου (sc. γυναῖκός; Hippiae uxor erat Μυρσίῃς sive Μυρρίῃς Calliae filia (Thucyd. VI 55). Huius nomen in Βυρσίῃς facies mutat Comicus; ut v. 59, Cleoni coriariam artem obiciens. BRUNCK); κάμει γ' ἡ πόρῃ χθὲς ἦρετ' εἰ τῆν Ἰππίου καθίσταμαι τυραννίδα Vesp. 502, ubi ex ambiguo luditur; ('ab equitatione obscena festive dicit meretricem suspicatum esse Xanthiam tyrannidem qualis erat Hippiae moliri' BRUNCK); in Lys. 618 chorus veretur ne Lacedaemonii quidam clam convenerint facientes Athenienses τῆν Ἰππίου τυραννίδα καταστήσωτες, ait igitur ἀσφραῖνομαι τῆς Ἰππίου τυραννίδος; Lys. 1150 sqq. οὐκ ἴσθ' ὀθ' ὑμᾶς οἱ Λάκωνες κατωνάκας (vestes serviles) φοροῦντας ἐλθόντες δορὶ ἀπόλεσαν πολλοὺς ἑταίρους Ἰππίου κάλυθέρωσαν. Rem totam uberius narrat Herodotus v. 62—65. 'Miserunt autem tunc Lacedaemonii contra Pisistratidas, primo quidem Anchumolium cum navibus qui victus est et periit; deinde Cleomenem regem suum qui Pisistratidas excedere ex arce et Athenis coegit.' BRUNCK.

**Ἰππόβιτος**: Hipponici, patris Calliae, nomen in sensum obscenum detortum, Ran. 429

**Ἰππόδαμος**: ὁ δ' Ἰπποδάμου (sc. Ἀρχεπτόλεμος) λείβεται θεώμενος Eq. 327, ubi Schol. σὺ μὲν ἀνάξιως ὦν σφετερίζεις ὁ δὲ εἰνούστατος ὦν τῇ πόλει καταλείβεται τοῖς δάκρυσι ἀναξίως ὄρων σε τὰ τῆς πόλεως καρπούμενον· οὗτος γὰρ πλείστα ὠφέλησε τῆν πόλιν. De Hippodamo Milesio Archeptolemi patre locus classicus est apud Aristotelem *de rep.* II 8: ubi ut primus illorum celebratur, qui cum rempublicam non attigissent, civitatem tamen condidissent non manibus sed mentibus. Praeter hanc liberalium artium honestaeque vitae laudem non minus celebratur eius nomen in

architectura, quippe a quo singularis condeendi ratio nominetur νεώτερος καὶ Ἰπποδάμειος τρόπος, Aristot. *Polit.* 7, II § 4; urbium divisionis auctor est, τὴν τῶν πόλεων διαίρεσιν εἶπε. MEIERVS *philologische blätter* Vratislav. 1817, fasc. 2. p. 178 sqq.

**Ἰπποκλέδης**: Hesychius: οὗτος κακοσχόλος τὸ τῆς γυναικὸς μύμον Ἀριστοφάνης εἶπεν fr. inc. CLXXX

**Ἰπποκράτης**: εἰ ταῦτα περὶ τοῦτω (τῷ δικαίῳ λόγῳ), ait ὁ ἄδικος λόγος Nub. 1001, τοῖς Ἰπποκράτους υἱέσι (tamquam υἱοῖς suis) εἴψεις καὶ σε καλοῦσιν (vocabunt) βλιτομάμμαν; similis iocus Diogenis Plutarch. II p. 526 C. Eandem Hippocratis familiam tangit in Thesmoph. v. 273 ubi Mnesilochus ab Euripide quaerit cur per Iovis sedem aethera malit iurare quam per τῆν Ἰπποκράτους ξυνοικίαν i. e. aediculam, ubi similem horum sortem fuisse innuitur atque Iovis Euripidei, quibus aether et domicilium et βόσκημα fuerit. Hippocrates autem filius fuit Ariphronis (Thucyd. IV 66); Ariphro porro Xanthippi filius, Periclis autem frater, Plutarch. *Alcib.* c. 1; praetor fuit bello Peloponnesio Ol. lxxxix 1, qui quidem Megaram una cum Demosthene oppugnavit, Thucyd. IV. 66, 67. Cecidit deinde in funesto illo apud Delium proelio, vide Thucyd. IV 89 sqq. et 101 ubi cum alia tum haec leguntur ἀπέθανον δὲ Βοιωτῶν μὲν—Ἀθηναίων δὲ ὀλίγω ἑλλάσσουσιν χιλίων καὶ Ἰπποκράτης ὁ στρατηγός. Conf. Diodor. XII. 69 et 70, Xenophon. *Memorab.* III. 5, 4, Plutarch. *vit. Nicias* c. 6. Filios autem Hippocrates reliquit nondum adultos, sed malitia et stultitia maxime insignes, (Telesippum, Demophonta et Periclem) qui quidem cum sui iuris essent facti cum tutore acriter litigaverunt, cui Lysias orationem suppeditavit qua ab istis calumniis se defenderet, vide Dionys. Halicarnass. v p. 599 R, qui ex hac contra Hippocratis filios oratione insignem servavit particulam, unde illorum ingenium facile cognoveris: οὐχ ἱκανόν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοῖς ἐπιτρόποις ὅσα πράγματα διὰ τῆν ἐπιτροπείαν ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ διασώζοντες τὰς τῶν φίλων οὐσίας συκοφαντοῦνται ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν πολλοί· ὅπερ

κάμολ νῦν συμβέβηκεν. Ἐγὼ γάρ, ὡ ἄνδρες δικασταί, καταλειφθεὶς ἐπίτροπος τῶν Ἴπποκράτους χρημάτων καὶ διαχειρίσας ὀρθῶς καὶ δικαίως τὴν οὐσίαν καὶ παραδοῦν τοῖς υἱοῖς δοκιμασθεῖσι τὰ χρήματα ὡν ἐπίτροπος κατελείφθη, συκοφαντούμαι νῦν ὑπ' αὐτῶν ἀδικῶς. Comici poetae saepissime eorum stultitiam et simplicitatem riserunt, vide Athenae. III p. 96 E: μήτρα (vulva) ἐξῆς ἐπεισηρέχθη, μητρόπολις τις ὡς ἀληθῶς οὖσα καὶ μήτηρ τῶν Ἴπποκράτους υἱῶν, οὗς εἰς οὐδῶν κωμωδουμένους οἶδα. Sic Eupolis Δημοῖς fr. 38

Ἄλλ' Ἴπποκράτους τε παῖδες ἐβόλοιμοι (abortivi) τινές,

βλαχῆτ' ἴκενα κούβατος γε σοῦ τρόπου.

Illud *βλιτομάμμαν* in Nub. 1001 non caret ioco acerbo, sed Periclis filios notat, quos *βλιτομάμματος* ludibrii causa vocatos esse testis est Scholiasta Platonis *Alcibiad.* I p. 559: *Ξάνθικπος καὶ Πάραλος, οἱ Περικλέους υἱοί, οὗς καὶ βλιτομάμματος* ἑκάλον, βλίτται γὰρ καὶ βλίττωνες οἱ εὐθῆεις: μάματα δὲ τὰ βρώματα· καὶ τὸ ἐσθίειν Ἀργεῖοι μαμμῶν ἔλεγον· ἐκ τοῦτων οὖν συνέθετον ὁ βλιτομάμματος, ὁ ἐσθίων εὐθῆως, ὡς καὶ Συκομάμματος ὁ συκοφάγος. Rectius Berglerus 'βλιτων' et Latine bliitum genus oleris insipidi et nullius saporis aut acrimoniae (Angl. *orach*)' Plin. *N. H.* XX 22, 93. Hinc bliteus, i. q. insulsus, vecors; Plaut. *Truculent.* IV 4 I 'blitea et lutea est meretrix nisi quae sapit in vino ad rem suam;' et Laberius in *Tusca* 'bipedem bliteam beluam.' Posterior pars vocabuli a μάμμη vel μᾶμια Angl. *tammy* facta est, Lys. 878 sqq. Est igitur βλιτομάμματος is qui infantis instar matrem perpetuo vocantis simplex et stolidus est. Vide Bergk. *Comm.* p. 349 sqq.; Suidas τοῖς Ἴπποκράτους υἱοῖσιν: οὗτοι δ' ὡς οὐδέτις τις καὶ ἀπαίδευτοι ἐκωμωδοῦντο· καὶ τάχ' ἂν ἦσαν προκέφαλοι τινές, ὡς ἐν Γεωργαῖς (fr. XVII) φησι καὶ ἐν Τριφάλῃ (fr. XV).

Ἴππώνικος: In *Auidius* 283 inducens Epodem filium Philoclis, cuius avus iterum fuerit Epops, addit ὥσπερ εἰ λέγοις Ἴππώνικος Καλλίου καὶ Ἴππώνικου Καλλίας, quasi si diceres Hipponicus Calliae et ex Hipponico Callias. Ab illo

primo Callia Phoenippi filio de quo Herodotus VI 121, alternis sex Hipponici et Calliae sibi invicem successerunt. Sic enim procedit eorum stemma

Καλλίας I

Pisistrati hostis, cuius ex urbe eiekti bona emit: victor equo celere Ol. liv. a. Chr. 564.

Ἴππώνικος II

dictus Ἀμμων (Athenaeus XII p. 536 F, p. 537 A) ditissimus Atheniensium, apud quem Diomnestus Eretriensis bona sua deposuit ingruente bello Marathonio Ol. lxxii

Καλλίας II

filii Hipponici II<sup>di</sup>: dictus λακκόπλουτος (Plutarch. *Aristid.* c. 5); legatus Atheniensium ad Artaxerxem Longimanum (Herod. VII 151), unde reversus ab Atheniensibus talentis L mulctatus est ob suspicionem acceptae a rege pecuniae (Demosth. *de fals. leg.* p. 428).

Ἴππώνικος III

Calliae II<sup>di</sup> filius, qui una cum Eurymedonte praefuit copiis Atheniensium contra Boeotos a. Chr. 426, Thucyd. III 91, Diod. XII 95. Occubuit in pugna ad Delium. Eius uxorem, Calliae III<sup>ae</sup> matrem, duxit Pericles, Plutarch. *Pericl.* c. 24. Cuius filius

Καλλίας III

dictus etiam *δαδοχοῦς*, ut eius abavus: Xenoph. *Hellen.* VI 3 3. Legatus missus Spartam ad pacem procurandam. Quem ut mulierosum et helluonem exagitavit Aristophanes, vide s. n. Καλλίας.

Ἴππώνικος IV

qui filiam Alcibiadis illius ducis celeberrimi duxerat uxorem et eam ob incesti suspicionem cum fratre Alcibiade iuniorē dimisit.

Ἴππυλλος: e convivis, Vesp. 1302

Ἴππώναξ: *ἱαμβον* Ἴππώνακτος ἀνεμνησκόμενην Ran. 659, ubi Schol.: ὡς ἀλλαγῆσας καὶ συγκεχυμένους οὐκ οἶδε τί λέγει· ἐπεὶ οὐχ Ἴππώνακτος ἀλλ' Ἀναλίου· ἐπιφέρει δὲ ὁ Ἀναλίας ἀσφῶ·

ἢ Νάξον ἢ Μίλητον ἢ θείαν Κλάρον  
ἵουν καθ' ἱερά· κού Σείνας ἀφίξαι.

**Ἴρις:** In *Avidus* Iris per Nubiculiam tamquam per mare volat: comprehensa et ad Pithetaerum ducta se nescire dicit quas portas, quam urbem dicat ille et quaerit satisne sanus sit; monet ne deos contemnat: tandem obscoenis minis virgo abigitur 1202—1261. Pithetaero miranti (v. 1203) quaeenam sit unde venerit *θναμά σοι τί ἐστι;* *πλοῖον* (propter sinuosam et versicolorem quam induitur vestem) *ἢ κυνή* (propter ingentem quo caput tegitur petasum); respondet ea **Ἴρις ταχέα:** tum ille quasi dixisset nuncia velox putat eam esse unam ex duabus illis publicis navibus quarum altera Πάραλος, altera Σαλαμῶνια vocabatur, quae erant expeditissimae καὶ μάλιστα ταχυναντούσαι; **Ἴριον** Ὀμηρος *ἔφασκε* *ἰκέλην εἶναι τρήρωνι πέλειῃ* Av. 575; (non Iridem sed Iunonem et Minervam cum columba comparatas esse ab Homero Il. ε' v. 778

τὴ δὲ βάρην τρήρωσι πελειάσιν ἴμαθ' ὁμοίαι

notavit scholiasta: quapropter Ἡρῆν restituendum putabat Bentleius: in hymno Homérico de Iride et Elithia legitur

*βὰν δὲ ποσὶν τρήρωσι πελειάσιν ἴμαθ' ὁμοίαι: δικαίωταρ' ἄν ληφθεῖσα πασῶν Ἴριδων ἀπέθανες* ib. 1222 (conf. v. 484 πρότερος πάντων Δαρείων)

**Ἴσθμία:** eis Ἴσθμία σκηνὴν ἔμαντοῦ τῷ πέει καταλαμβάνω Pac. 879 (ubi Schol. φη γὰρ θέλοντες θεωρεῖν προκαταλαμβάνουσι ἐαντοῖς τόποις: luditur simul ex ambiguo)

**Ἴσμηνία:** nobilis Thebanae nomen, Lys. 697

ἢ τε Θηβαία φίλη παῖς εὐγενὴς Ἴσμηνία.

**Ἴσμηνίας:** servus hominis Boeoti; *κατάθου τὸν γλάχων* Ἴσμηνία Ach. 861. Eius deminutivum Ἴσμηνίχε legitur ib. 954: sic Ἀμύντιχος, quem Ἀμυνίας modo dixerat, forma deminutiva blandiendi causa appellat Simichidas in Theocr. *Idyll.* vii. 132, ubi adi I. Wordsworth. Similiter ab Ἀθανίας Ἀθανίχος, a Σαμίας Σάμιχος. Vide Boeckh. *Corp. Inscr.* I 726

**Ἴσοκράτης:** Plutarchus in *vit. decem orat.* p. 836 E: Ἴσοκράτης Θεοδώρου μὲν ἦν παῖς τοῦ ἀρχιερέως θεράποντας ἀλοποιοῦς κεκτημένου καὶ εὐπορήσαντος ἀπὸ τούτων—θεν εἰς τοὺς αὐλοὺς κεκωμῶδηται

ἐπὶ Ἀριστοφάνους καὶ Στράτιδος (*Atalant.* fr. I ubi τὸν αὐλοτρόφην vocat)

**Ἴστριανός:** Hesychius s. v.: Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίους (fr. III) τὰ μέτωπα τῶν οἰκετῶν Ἴστριανὸν φησιν, ἐπεὶ ἐστιγμένοι εἶσιν· οἱ γὰρ παρὰ τῷ Ἴστρω οἰκούντες στίζονται καὶ ποικιλίαι ἐσθῆσεσι χιώνται

**Ἴτυς:** Av. 210 Erops lusciniam σύννομον provocat λύσον νόμους ἱερῶν ὕμνων (solve cantum somni vinculis constrictum) οὗς διὰ θέλου στόματος θρηψῆς τὸν ἐμόν καὶ σὸν πολυδάκρυον Ἴτυν; conf. Aesch. *Agam.* 1144, Soph. *Elect.* 148

**Ἴων:** poeta tragicus, natione Chius. Mortuus est antequam docta est Pax, id est, ante Ol. xc 2, anno belli Peloponnesiaci XIII<sup>mo</sup>. In hac enim fabula interroganti servo verene locum inter stellas teneant mortui, vulgarem opinionem probat Trygaeus, cumque argumentum adversarius postulet ac porro interroget quis hominum occupaverit eam sedem, Ionem Chium exempli gratia nominat v. 835:

Ἴων ὁ χῖος. ὅσπερ ἐποίησεν κάλει ἐνθάδε τὸν Ἄοϊόν ποθ', ὡς δ' ἦλθ' εὐθέως Ἄοϊόν· αὐτὸν πάντες ἐκάλουν ἄστερα.

Nam is fecerat dithyrambum ita exorsus: Ἄοϊὸν ἀμφορόταν ἄστερα μείναμεν, δέλιον λευκοπτέρυγα πρόδρομον. Qui cum nimia sublimitate atque verborum tumore excelleret, quoniam antiqui libros a primo eorum verbo nominabant, accidit ut aequalis facete poetam Ἄοϊόν vocarent. Itaque Aristophanes hoc nomine utitur ut Ionem inter stellas relatum esse confirmet, non quo vivum hominem in numerum caelestium corporum probet abiisse, sed id tantum argumentandi ratione ludens, ut nomen quod a carmine vivus acceperat, id propter mutationem, quam sit post mortem expertus, poeta habere videatur. KAYSER. *Hist. crit. tragic. gr.* p. 180 sq. Cum admodum iuvenis esset Athenas pervenit ibique in aedibus Laomedontis Cimonem vidit (Plutarch. *Cimon.* 9), cuius urbanitatem comitatem et politissimos mores magnopere laudavit (Plutarch. *Pericl.* 5, Ἴων ... ἐπαίνει δὲ τὸ Κίμωνος ἐμμελὲς καὶ ὑγρὸν καὶ μεμουςωμένον ἐν ταῖς περιφοραῖς). At superbia atque insolentia Periclis magnopere

ei displicuit (Plutarch *l. l.* Ἵων μοθωνικήν φησι τὴν ὀμίλιαν καὶ ὀπύοντας εἶναι τοῦ Περικλέους καὶ ταῖς μεγαλαυχίας αὐτοῦ πολλὴν ὑπεροφίαν ἀναμεμῆχθαι καὶ περιφρόνησιν τῶν ἄλλων). Quocirca cum alterum odisset, alterum diligeret, fieri potuit, ut in acerrima eorum contentione partes Cimonis defenderet; hinc facilius caussa explicatur cur post mortem Cimonis Athenas reliquerit neque ante redierit quam Pericles decessit Ol. lxxxviii, quoniam tragoediam Ol. lxxxviii. 4, denuo docuisse fertur. Non immerito propter multiplicem doctrinam a Callimacho laudatus est. Nam melica scripsit et dithyrambica, paeanae, hymnos, scolia, elegiaca, comoedias, epigrammata, tragoedias numero XII, ut alii volunt XXX, ut alii XL. Ac tragoediis quidem cum praestantissimis contendens aemulis aut vicit aut praecipuum locum obtinuit. Et genere et opibus fuit clarus, qui cum Athenis quondam tragoedia simul et dithyrambo vicisset, Chii vini cadum viritum cuique civium dedit, ut memorant Athenaeus I p. 3 et Comici enarrator ad *Pacem*: 'luculentae vero divitiae' ait Bentleius 'quae tam eximiae liberalitati sufficere potuerunt.' Tituli undecim tragoediarum servantur: Ἀγαμέμνων, Ἀλκμήνη, Ἀργεῖοι, Εὐρυτίδαι, μέγα Δράμα, Ὀμφάλη Σατυρική, Τεῦκρος, Φοῖνιξ ἢ Καίνεὺς (unde versus παρωδεῖται, in Ran. 706 εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίω ἀνέρος, ὃ παλιῆται, Φρουροὶ (unde versus παρωδεῖται in Ran. 1425 ποθεῖ μὲν ἐχθαίρει δέ, βούλεται γε μὴν). In fabulis Ionis quamquam polita artificiosa aequabilisque plerumque oratio fuit, tamen poeticus ille sus desiderabat ex quo ingeniosum artificem cognoscimus; siquidem Longinus *de Sublim.* c. 33; Τί δ', ἐν μέλει μάλλον ἂν εἶναι Βακχυνίδης εἶκοι ἢ Πίνδαρος; καὶ ἐν τραγῳδίᾳ Ἵων ὁ χῆος, ἢ νῆ Δία Σοφοκλῆς; ἐπειδὴ οἱ μὲν ἀδιάπτωτοι καὶ ἐν τῷ γλαφυρῷ πάντῃ κεκαλλιγραφημένοι· ὁ δὲ Πίνδαρος καὶ Σοφοκλῆς οὗτοι μὲν οἷον πάντα ἐπιπλέγουσι τῇ φορᾷ, σβέννυνται δ' ἀλόγως πολλάκις καὶ πίπτουσιν ἀνυχέστατα. Ἡ οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν ἐνὸς δράματος τοῦ Οἰδιποδος εἰς ταῦτ' συνθεῖς τὰ Ἵωνος (ἅπαντα) ἀντιτιμῆσαιτο ἐξῆς. De Ione et scriptis

eius copiosissime atque elegantissime pro more disseruit Bentleius ὁ πᾶν in *Ep. Cr. ad Millium* (Opp. Tom. II p. 304 sqq.)

Ἴωνία: vide s. n. Ἴωνικός

Ἴωνικός: ἀπὸ Ἴωνικός τις Pac. 42 (de forma vid. Lobeck. *Parall.* p. 304). Ionum mollitiam et ignaviam aliquoties carpit ut in Pac. 930 Ἵρυγαιο miranti cur chorus ove (ὄι) sacrificandum esse censeat et Ἴωνικὸν esse τὸ βῆμα obicienti, respondent agricolae

ἐπίτηδες γ' ἴ' ἔταν ἐν τῆκελήσι  
ὡς χρῆ πολεμῖν λέγη τις, οἱ καθήμενοι  
ὑπὸ τοῦ θεοῦ λέγασ' Ἴωνικός δέ·

h. e. Anglice *bahe!* nam ὁ scholiasta teste ὀδυρομένων ἔστιν ἐπίφθεγμα καὶ δυσχεραίνοντων; in Thesm. 163 διεκλώντ' Ἴωνικῶς, molliter delicateque vivebant; in Eccl. 883 μελιδρόν τι τῶν Ἴωνικῶν: ib. 918 τὸν ἀπ' Ἴωνίας τρέπον κηρσίς. Conf. Antiphan. *Dodon.* (Mein. *Com. gr.* III p. 50) Ἴώνων τρυφεραμπεχῶν ἀβρὸς ἡδυνπαθῆς ὄχλος: Callias *Cyclopes* fr. ii ἡ τρυφερὰ καὶ καλλιτράπεζος Ἴωνία

## K

Κάδμος: Σιδωνίων ποτ' ὄστου Κάδμος ἐκλιπών, Ἀγήνορος παῖς, (ex Euripidis *Phrygi* prologo) Ran. 1225

Καινόν: ὁ δ' ἄξας ἐδίκαζεν ἐς τὸ Καινὸν ἐμπεσῶν Vesp. 120. Unum erat e foris sive dicasterii Atheniensibus subdialibus quorum decem fuisse videntur ἢ Ἡλιαία (Eq. 897), τὸ Τρίγωνον, τὸ Μείζον, τὸ Βατραχιῶν, τὸ Παράβυστον (Pausan. I, 28, 8) τὸ Μέσον, τὸ Φοινικιῶν, τὸ ἐπὶ Λύκῃ, τὸ Ὀδεῖον (Vesp. 1109). Vide Schoemanni *commentat. de dicasteriis*, Opusc. Academ. I p. 220—230

Καλλίας: Hipponici filius, Periclis privignus, nobilissimo genere ortus (vide supra p. 843) et Atheniensium ditissimus, unde Καλλίου τοῦ Ἰππονίου πλουσιώτερος in proverbium abiit: conf. Aesch. *Socrat. Dialog.* II § 9. Quae si in laude ponenda sunt, unica Calliae laus est habenda. Nam neque reipublicae gubernandae nec belli gerendi artibus insignis, neque aut ingenii aut doctrinae laude commendatus, neque virtute ulla aut indolis et morum

## Καλλίας

praestantia conspicuus, nihil aut nobilitate generis aut maximis opibus dignum gessit. Nam Archon quidem fuit (Xenophon *Hellen.* I 6 § 1) quod nemo miretur, memor archontes Athenis ex ditissimis civibus (πλουτινῶν) sorte duci. Conf. Plutarch. in *Aristid.* c. 1, in *Pericl.* c. 9: et praefuit exercitui cum Iphicrate collega (*Hellen.* IV 5 § 13) a quo contemptus μητραγύρτης vocabatur (Aristot. *Rhetor.* III 2). Erat ex collegio τῶν Κηρύκων (Andocides *de myster.* p. 58 et 63) et δαδοῦχος (Xenoph. *Hellen.* VI 3 § 3, Andocid. *ibid.* p. 55), cuius muneris honorem a maioribus hereditarium acceperat. Conf. Plutarch. *Arist.* c. 5, Scholiast. Arist. *Nub.* 64 unde *λεπὸς θεῶν τῶν ἀπ' Ἐρεχθέως* dicitur *Sympos.* VIII § 40, quod recte de Cerere et Proserpina accipitur: nam Andocidi dicitur *λεπὸς τῆς μητρὸς καὶ τῆς θυγατρὸς*. Ceterum etiam προξένων Lacedaemoniorum a maioribus acceperat *Sympos.* VIII § 39, *Hellen.* V 5 § 2, VI 3 § 4 ad quos ter publica auctoritate missus est legatus, ut ipse testatur, *Hellen.* VI 3 § 4. Sed si exigua ista, quibus ne mediocrem quidem laudem sibi conciliavit, exceperis, vitam degit inertem ac dissolutam: ut inanis gloriolae speciem sibi compararet, ingentes sophistae pecunias prodegit, quos laute excipiens ita demum se sapientem aut fore aut habitum iri sperabat. Passim eo nomine a Platone perstringitur. Xenophontis de ea re loca sunt, *Sympos.* I § 5, IV § 61. Ex istorum autem consuetudine nil nisi vanus et mirifice sibi placens factus est et *ολος μὴδὲν ἦσσαν ἴδεσθαι ὑφ' αὐτοῦ ἢ ὑπ' ἄλλων ἐπαυούμενος*, *Hellen.* VI 3 § 3; neque quicquam aut in bene dicendi facultate aut in philosophiae studio, a quo plane ingenio et natura erat alienus, profecit. Quam nulla enim esset in eo dicendi peritia, satis superque declarat oratio, quam apud *Hellen.* I. I. de componenda pace Lacedaemone habuit. Operae pretium est audire ipsum oratorem. Statuit oportere numquam Lacedaemonios et Athenienses arma sibi inferre, *ἐπεὶ λέγεται μὲν ὁ Τριπτόλεμος, ὁ ἡμέτερος πρόγονος τὰ Δημητρός καὶ Κόρης ἀρρηγὰ ἱερὰ πρῶτους ξένους δεῖξαι Ἡρακλεῖ τε τῷ ἡμέτερῷ ἀρχηγέτῃ καὶ Διοσκουρίῳ τῶν ἡμετέρων*

*πολίται, καὶ τοῦ Δημητρός δὲ καρποῦ εἰς πρῶτην τὴν Πελοπόννησον σπέρμα δωρησασθαι*. Gravissimum sane argumentum! hoc Spartani curabant scilicet; sed nondum omnia dixerat: *πῶς οὖν δίκαιον ὑμᾶς παρ' ὧν ἐλάβετε τὰ σπέρματα, τὸν τοῦτων καρπὸν ποτε ἐλθεῖν δηλώσαντας ἡμᾶς τε, οἷς ἐδώκαμεν, μὴ οὐχὶ βούλεσθαι ὡς πλείστην τοῦτους ἀφθούων τροφῆς γενέσθαι*. Quis vero ista sine risu legat, a legato de gravissimis rebus misso pronunciata, quae in declamitate sophista vix feras?

Quantopere autem hebes fuerit et obtusum in philosophiae studio Calliae ingenium, facete et aperte exponit in *Convivio* Xenophon. Iactat suam ipse Callias sapientiam (I § 6) qua homines ad virtutem proficere efficiat et reddat iustiores (*Sympos.* III § 4), hoc enim sibi esse facillimum, accepta nempe a se pecunia revocari homines a multis facinoribus, ad quae plerosque penuria victus soleat impellere, (*Sympos.* IV § 1 sqq.) quas ineptias non ferens Antisthenes istam Calliae iustitiam arguit in marsupiiis magis quam in animis hominum esse sitam, et plane nullam esse statuit, quod ipse fateretur Callias plerosque omnes nec beneficia sibi referre, nec gratias habere, imo nonnullos sibi etiam infestiores quam antea esse, unde efficit homines erga ceteros omnes fieri iustos, erga illum ipsum non fieri. Per totum porro convivium Socratica *ελευσεία* et lepores Calliam nil tale cogitantem illudunt et delectant tamen. Sic VIII § 42 petenti Calliae *οὐκοῦν σὺ με, ὦ Σώκρατες, μαστροπεύεις πρὸς τὴν πόλιν ὅπως πράττω τὰ πολιτικά καὶ ἀεὶ ἀρεστὸς ὦ αὐτῇ;* respondet *ναὶ μὰ Δι' ἦν ὁρῶσί γέ σε μὴ τῷ δοκεῖν ἀλλὰ τῷ ὄντι ἀρετῆς ἐπιμελούμενον*, quibus verbis se laudari ille existimabat. Sic Socrates honesti amoris laudem celebrans eamque Calliae propter Autolycoi amorem tribuens (*Sympos.* VIII § 8 sqq.) libidinosum hominem non laudabat magis, quam qualem esse oporteret, admonebat, cf. § 12. Nam fuit Callias per totam vitam intemperantiae et lubricitatis deditus, belluo et mulierosus, quo nomine passim cum ab aliis comicis ut Eupolide in *Κόλαξι*, tum ab Aristophane risus est *Ran.* v. 428

καὶ Καλλίαν γὰρ φασὶ  
τοῦτον τὸν Ἴπποβίνου

κισθοῦ λεοντῆν ναυμαχεῖν ἐνημέριον,

ubi schol. κωμωδεῖται ὡς σπαθῶν τὴν πατρικὴν οὐσίαν καὶ μάλιστα ἐπὶ γυναιξὶ μεμνηώς. Hinc *πτερορρεῖν* dicitur in Avibus v. 284.

ἀτε γὰρ ἂν γενναῖος ὑπὸ τῶν σκκοφαντῶν τίλλεται,  
αἶ τε θήλειαι προσεκτίλουσιν αὐτοῦ τὰ πτερά.

Lucianus *Ioue confutato* (II p. 638) coniungit Callian et Alcibiaden ut ἀκόλαστα μενράκια. Acerbe morum impuritas et vitae sordes ipsi exprobantur ab Andocide in Orat. *de mysteriis*, ubi ait iam in ipsius prima aetate fuisse inter mulierculas et puerulos rumorem, Hipponicum alere ἀλιτήριον δε αὐτοῦ τὴν τράπεζαν ἀνατρεπεῖ (§ 130 p. 175 E); mox addit Ἴππόνικος ἀλιτήριον ἔτρεφεν, δε ἀνατέτροφεν ἐκείνου τὸν πλοῦτον, τὴν σωφροσύνην, τὸν ἄλλον βίον ἔπαρτα. Obicit ipsi, quod Ischomachi filiam uxorem duxerit, mox matrem ipsi adiunxerit et utramque simul in matrimonio habuerit. Et filia quidem, dedecoris impatiens, vitam laqueo finire voluit, prohibita aufugit; matrem mox eiecit gravidam: filium ex ea natum primum repudiavit, deinde reconciliata gratia pro suo agnovit, § 124 sqq. Multa deinde ipsi in eadem oratione obiciuntur alia, sed quamvis a Calliae moribus et vita non sint aliena, notum est quantum de oratorum criminationibus sit detrahendum. Quidquid autem huius rei est, Callias opes ingentes meretricibus et adulatoribus profundens tandem ita afflixit, ut miseram inops senectutem cum ancilla barbara degisse narretur; Athenae. XII p. 526 cum de divitiis Hipponici mentionem fecisset: τοῦτων οὖν τῶν χρημάτων Καλλίας κύριος γενόμενος καὶ πρὸς ἡδονὴν βιώσας (ποιοὶ γὰρ οὐ κόλακες ἦτι πλῆθος οὐχ ἔταιρών περὶ αὐτῶν ἦσαν; ποίας δὲ διαπάνης οὐχ ὑπερέωρα ἐκείνος;) ἀλλ' ὁμως εἰς τοσοῦτον περιέστησεν αὐτὸν ὁ περὶ ἡδονῶν βίος, ὥστε μετὰ γραιδίου βαρβάρου διατελεῖν ἠναγκάσθαι καὶ τῶν ἀναγκαίων καθ' ἡμέραν ἐνδέξῃ γενόμενος τὸν βίον ἐτελεύτησε. Hinc Eccles. v. 810 Καλλιμαχος δ' ὁ χοροδιδάσκαλος αὐτοῖσιν εἰσώσει τί; A. πλεῖω Καλλίου, h. e. quantumvis tenuē. COBET *Prosopographia Xenophon'ea* p. 67 sqq.

**Καλλιγένεια:** εἶχεσθε τῶν Θεομοφόρων καὶ τῇ Καλλιγενείᾳ Th. 299 ubi schol. δαίμων περὶ τὴν Δήμητραν, ἣν προλογίζουσαν ἐν ταῖς ἑτέραις Θεομοφοραζούσαις ἐποίησεν

**Καλλιμαχος:** pauper χοροδιδάσκαλος, Eccl. 809

**Καλλιππίδης:** nomen nobilium Athenis; ἡ μὲν (Strepsiadis uxor) Ἴππον προσετίθει πρὸς τοῖνομα, Ξάνθιππον ἢ Χάριππον ἢ Καλλιππίδην, Nub. 63, sc. mater proposito nomine ostendit qualem habere filium velit, equorum studiosum ac nobilem ut ipsius cognati; nomina autem ab equis derivata in plebeios non cadere consentaneum erat et Ξάνθ- usitatum erat in Periclis, Hipponicus in Calliae familia

**Καλονίκη:** mulier, in *Lysistrata* venit in concionem Lysistratae, 6 sqq. Iusiurandum ceterarum nomine praestat, 212—236. Cum ceteris in arcem abit, 253

**Καλύκη,** nomen mulieris, Lys. 322

**Καλχηδών:** τὸν ὀφθαλμῶν παράβαλλ' εἰς Καρίαν, τὸν δεξιόν, τὸν δ' ἑτερον εἰς Καλχηδῶνα Eq. 174 (ubi Καρχηδῶνα vulgatum retinet Meinekius: sed vide Thirlwall. *Hist. Gr.* III c. 25 p. 259 *ed. mai.*); φασὶν αἰτεῖσθαι τιν' ἡμῶν (loquitur triremis) ἑκατὸν εἰς Καλχηδῶνα, ἀνδρὰ μοχθηρὸν πολίτην, δέξην Ἵπέρβολον Eq. 1303 ubi vulgo male Καρχηδῶνα; quippe nihil rei Atheniensibus fuit cum Carthagine, nullum tributum, nullum vectigal inde accipiebant; at Chalcædon erat sub eorum imperio, Thucyd. I 115, IV 75

**Καμαρίνα:** urbs Siciliae, Ach. 606: vide s. n. Γάλα

**Κάνθαρος:** heros Atticus, a quo dictus portus in Piræo: ἐν Πειραιεὶ δήπου ὅτι Κανθάρου λιμῆν, Pac. 145 ubi schol. μέρος τοῦ Πειραιῶς, ὡς Καλλικράτης φησὶν ἢ Μενεκλῆς ἐν τῷ περὶ Ἀθηνῶν γράφων οὕτως ἔχει δὲ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς, πάντας κλειστούς· εἰς μὲν ἔστιν ὁ Κανθάρου λιμῆν καλούμενος, ἐν ᾧ τὰ νεώρια ἐξήκοντα, εἶτα Ἄφροδισιον, εἶτα κύκλω τοῦ λιμένος στοαὶ πέντε

**Καπνίας:** ἀθλιος εἰμ' (exclamat Bdelycleo) ὅστις πατὴρς νῦν Καπνίου κεκλήσομαι Vesp. 150 ubi in ambiguitate verbi ludit: οἶνος enim καπνίας fuit vinum fumo duratum et suavissimum (ut in Pherecratis



*Persis*, ubi vita beatissima describitur, Iupiter eo vino pluit

ὁ Ζεὺς δ' ὕν οἶνον καπνίε κατά τοῦ κεράμου βαλανεύσει);

simul quia pater dixerat v. 144 καπνὸς ἐγωγ' ἐξέρχομαι. Ceterum Καπνίας formula est eiusdem coloris atque Σταμνίου Ran. v. 22, Στρούβιος Av. 1077

**Κάρ:** εἰ δὲ δούλος ἐστὶ καὶ Κάρ Av. 762; Schol. Platon. *Lach.* Bekk. p. 322: οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων ἀπὸ Καρῶν καὶ Θρακῶν τοὺς δούλους ἐποιοῦντο, ἐνθεν τοὺς δούλους Κάρας ὠνόμαζον καὶ Θράκας (Φρύγας addere poterat) καὶ τὰς δούλας Θράττας (Ach. 273) καὶ Καείρας. Hinc proverbium: ἐν Καρὶ κινδυνεύειν: Cratinus Βουκόλους fr. 4

ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον ἐν ἐμοὶ δὴ δοκεῖ  
πρῶτη (πε)πειράσθαι,

(h. e. in me tamquam in vili capite omnium primo periculum factum esse videtur); ὥσπερ οἱ Κάρες, ἐπὶ λόφων οἰκοῦσιν (δρυϊδες) ἀσφαλείας οὐνεκα Av. 293; (Herod. I 171 ἐπὶ τὰ κράνα λόφους ἐπιδέεσθαι Κάρές εἰσιν οἱ καταβέξαντες; Plutarch. *Artax.* 10 τοὺς Κάρας ἀλεκτρούνας οἱ Πέρσαι διὰ τοὺς λόφους, οἷς κοσμοῦσι τὰ κράνη, προσηγόρευον; Alcaeus fr. 22 λόφον τε σεῖον Καρικόν; Strabo XIV p. 661 § 27. Sed de sensu loci nondum liquet)

**Καρδία:** πόλις Θράκης ἧς οἱ πολῖται Καρδιανοί: ἐστὶ γὰρ δένδρον πεφυκὸς ἐκτοπῶν τι Καρδίας ἀπωτέρω Κλεώνυμος Av. 1474, ubi iocus est in ambigua significatione vocis

**Καρδοπίων:** in Vesp. 1177 Philocleo factos sermones (λόγους σεμνοῦς) proponere iussus ita incipit:

πρῶτον μὲν ὡς ἡ Λάμι' ἀλοῦσ' ἐπέριετο,  
ἐπειτα δ' ὡς ὁ Καρδοπίων τὴν μητέρα

sc. ἔτυπεν. Quibus Bdelycleo respondet

μη μοί γε μύθους ἀλλὰ τῶν ἀνθρωπικῶν.

Illud de Cardopione ex Pherecrate derivatum esse suspicatur Meinekius, sicut e Cratete figmentum de Lamia

**Καρία:** τὸν ὀφθαλμῶν παράβαλλ' ἐς Καρίαν τὸν δεξιὸν τὸν δ' ἕτερον ἐς Καληγηδόνα Eq. 174 (Caria et Chalcedon erant in duabus extremitatibus peninsulae magnae

Asiae, una ad meridiem altera ad Boream sitae Athenarum respectu, toto Aegaeo, Hellesponto et Propontide intercedentibus. PALMERIUS

**Καρικὸς:** οὗτος δ' (Εὐρεπίδης) ἀπὸ πάντων φέρει (μέλη) Καρικῶν αὐλημάτων, θρήνων Ran. 1302 ubi schol. τὰ Καρικὰ αὐληματα καὶ μέλη θρηνώδη ἐστίν. Caricae tibiae modus potissimum lugubres fuisse docent Pollux IV 75 sq. et Athenaeus IV p. 174 F sqq. De Caricis praeficit dixit Meinekius Menandr. p. 91. Nihil dignitatis habuisse tibiam Caricam patet e Platone *Lacon.* fr. I v. 12

αὐλοὺς δ' ἔχουσά τις κορίσκη Καρικὸν μέλος τι μελίξται τοῖς συμπόταις κάλλην τρίγωνον εἶδον ἔχουσαν, εἰτ' ἦδεν πρὸς αὐτὸ μέλος Ἰωνικὸν τι

**Καρίων:** servus Chremyli in *Pluto*, ridet heri insaniam caeco sene utentis ex oraculo, 1—70. Pluto ipse et herus persuadent potentiorum eum esse Iove, 80—192. Heri iussu populares rusticos adducit, divitias ipsis eventuras promittens, Cyclopem cum ovibus, Circeum cum suis ad eos ridendos saltans, 253—321. Stragula effert ad pompam in templum Aesculapii duccendam, 624 sq. Redux narrat quomodo incubatio facta fuerit in templo, quomodo deus sanatus, Neocles fur caecior factus, quaeque ipse verniliter egerit, 627—747; et immensam hominum turbam sequi herum. Iusso choro saltare obviam procedit pompae redeunti, 760—770. Exit et domus felicitatem describit, 802—822. Sycophantam devovet et vexat, 876, 926—945. Mercurium ad Plutum transfugientem rogatus ut excipiat, difficilem se praebet, ex tot illius dei ministeriis unum, certaminum festorum praesidium probans, et deum ad puteum mittit exta lavatum, 1097—1170

**Κάρκιος:** Atheniensis, filius Thorycii, tragicus poeta qui cum tribus filiis, Xenocle Xenotimo et Xenarcho, comicorum Pherecratis Aristophanis Platonis vituperia et irrisionem movit. Vetustos imitatus poetas primarias in fabulis chori saltationibus dedit. Id satis intellegitur, quod filii, quos in scenae usum erudit, non tam enuntiatione aut actione quae actorem maxime iuvant, quam arte saltandi praestitisse di-

cuntur: Athenaeus I p. 22 A: φασὶ δὲ καὶ ὅτι οἱ ἀρχαῖοι ποιῆται Θέσις Πρατῖνας Καρκίνος Φρόνιχος ὀρχησθαι ἐκαλοῦντο διὰ τὸ μὴ μόνον τὰ ἐαυτῶν δράματα ἀναφέρειν εἰς ὀρχησθαι τοῦ χοροῦ, ἀλλὰ καὶ ἔξω τῶν ἰδίων ποιημάτων διδάσκειν τοὺς βουλομένους ὀρχεῖσθαι. Sed de tragoediis eius nihil compertum est nisi quae facetissime iocatus est Aristophanes Nub. 1263 ubi Strepsiades, cum voces Amyniae ἰώ μοί μοι misere eiulantis audit, interrogat

τίς ἐσθ' ὁ θρηνοῦν οὐτοσί ποτ'; οὐ τί που τῶν Καρκίνου τις δαιμόνων ἐφέγγετο;

(nisi vero cum scholiasta δαιμόνων pro παιδων παρ' ὑπνόιαν dici putandum est) et imprimis Pac. 794:

καὶ γὰρ ἔφασχ' ὁ πατήρ (Carcinus) ὁ παρ' ἐλπιδας εἶχε τὸ δράμα γαλήνῃ τῆς ἐσπέρας ἀπάγξει.

Ipsam nomen, quod valet Anglice a crab, largam Comico iocandi materiem praebuit: dicitur *ποντομέδων ἀναξ* Vesp. 1531; *θαλάσσιος θεός* ib. 1519; eiusque filii squillarum fratres, *καρίδων ἀδελφοί* ib. 1522, exilic ac pravum poesis genus coluit: hinc Pac. 781 sqq. chorus Musam precatur ne velit morem gerere, si ipsam supplicat *μετὰ τῶν παιδων χορεύσαι*. Propter *εὐπαιδων* felicem praedicat Aristophanes 1512: filiorum autem duo histriones erant, qui immodica et lasciva saltatione, dignitati ac gravitati quae inerat in *ἐμμελείᾳ* maxime contraria, utebantur, malus uterque ludio, ὁ μέσματος praesertim, qui οὐδὲν ἐν τῷ ῥυθμῷ ἔστω Vesp. 1504; sunt contentiosi (*θρηνυγες οἰκογενεῖς*), praelonga cervice deformes (*γυλιανχενες ὀρχησθαι*), pumiliones (*πανοφνεῖς, σφυράδιαν ἀποκνήματα* Pac. 787 sqq.), quod quidem corporis vitium saepissime comici exagitarunt, Vesp. 1500 sqq.: unus Xenocles, qui fratrum ὁ *συμκρότατος* erat (Vesp. 1510), malas tragoedias faciebat (Thesm. 170, 440, Vesp. 1511, Ran. 89, *ἀξεστος* et *ἀλληγορικὸς* erat in poesi teste scholiasta ad Ran. 86), quarum frigiditatem et exilitatem videtur compensare voluisse immoderato machinarum usu, unde *μηχανοδίφης* dicitur Pac. 790: eodem modo quo Plato *Σοφιστῶν* dicit eum *δωδεκαμήχανον*, et hoc fortasse artificio anno 415

Euripidem vicit, quam rem indignatur Aelianus *Var. Hist.* II 8. (Parodiam eius *Lycymnii* vide Nub. 1264 sq.). Mores non magis quam poesis probabantur Aristophani, dicit enim eum *κακόν* Thesm. 170, et τὸν *πιννοτήρη* τοῦ γένους Vesp. 1510 (quibus verbis carpit eum, monente scholiasta, ut *ἀδήφαγον; πιννοτήρης—καρκίνον τί ἐστι σύννομον καὶ ἀεὶ ταύτη* (sc. τῇ πίννῃ) *προσεχόμενον* Σοφοκλέης' *Δμφιαράω* 'ὁ πιννοτήρης τοῦδε μάντρεως χορός' φασὶ γὰρ ὅτι ἡ μὲν πίννα πρὸς τὰς ἀκτίνας πεσοῦσα τοῦ ἡλλου ἀνοίγνυσι τὸ δοτρακον καὶ τὴν θέρμην εἰσδέχεται: ὁ δὲ ἐπιτηρῶν εἰσέρχεται καὶ δάκνει αὐτήν, ἡ δὲ συστέλλει τὸ δοτρακον καὶ βιβρώσκειται ὑπ' αὐτοῦ): in Pac. 864 *εὐδαιμονέστερος φανεῖ τῶν Καρκίνου στρόβιλων*, vocabulum *στρόβιλος* varie exponitur, ἢ διὰ τὸ τραχὺ τοῦ σώματος ἢ παρὰ τὸ τοῦ Καρκίνου *ὄνομα παίξων στρόβιλου* φησιν: *δοτρακὸδερμοὶ γὰρ οἱ καρκῖνοι καθάπερ καὶ οἱ στρόβιλοι* (οἱ κοχλῖαι ἢ οἱ θαλάττιοι κήρυκες). ἡ δὲ διὰ τὸ ἐν τῇ ὀρχήσει *στροβεῖσθαι*. De his saltantibus forte intellegendum fr. LXIX *ἐκβαίνοντων πατέρα τοῖς ὀρχήμασι*. Pherecratis locus, quem laudat Scholiastes ad Vesp. 1500, ad eisdem referendus, *Ἄγριοι* fr. vi (Mein. *fr. com.* II p. 258):

τρῆς τινες μικροὶ κομήται καὶ φιλορχικοὶ τῆς παιδῆς ὄντες: νῦν δὲ ὕ' εἰσὶ καὶ φιλορχικώτεροι.

Ceterum Xenocli nomen Datis opprobrii causa iccirco inditum fuisse suspicatur Meinekus, quod eius poesi haud obscura Datismi (Schol. Pac. 290) vestigia impressa fuerint, conf. Thesm. 169. MEINEK. *Hist. Cr. Com. gr.* p. 505 sqq., KAYSER *Hist. cr. trag. gr.* p. 84 sqq., HALBERTSMA *Prosopogr. Aristoph.* p. 31 sqq.

**Καρύστιος:** Κάρυστος πόλις Εὐβοίας: ἐστὶν δὲ μέλλομεν ξένους τινας *Καρυστίους, ἀνδρας καλοῦς τε κάθαρούς*, ait chorus mulierum Lys. 1057, ubi Schol. *διαβάλλονται* δὲ ὡς *μοιχοὶ οἱ Καρύστιοι*; ib. 1181 *ναὶ μὰ Δία Καρυστίοις* (ταῦτὰ δόξει)

**Κάστωρ:** Lampito iurat *ναὶ τὸν Καστορα* Lys. 206; praeco Laconum Lys. 988 *παλαιὸρ γα* (παλαιὸς γε) *ναὶ τὸν Καστορα*: per Castorem et Pollucem (ναὶ τὸ σιῶ) iurat Laco Lys. 1095, 1171, 1174

**Καύστριος:** καὶ δητ' ἐτρυχόμεθα παρὰ Καύστριον πείλον ὀδοιπλανοῦντες Ach. 68 ubi vide adn. cr.

**Κεβρίονης:** unus ex gigantibus: ὃ Κεβρίονα καὶ Πορφυρίων, ὡς σμερδαλέον τὸ πόλισμα Av. 553: vide s.n. Πορφυρίων

**Κεῖος:** οὐ Χίος ἀλλὰ Κεῖος Ran. 970. Vide s.n. Θηραμένης

**Κεκροπίδης:** Cecropis filius i.e. Atheniensis: Κεκροπίδῃ κακόβουλε τί τοῦθ' ἦγεῖ μέγα τοβρῶν; in oraculo

**Κεκροπίς:** tribus: Pithetaerus Cinesiam rogat βούλει δίδασκεν Δεωτροφίδῃ χόρον πετομένων ὀρσῶν Κεκροπίδα φυλήν; Av. 1405 ubi vide adn. cr.

**Κέκροψ:** Atheniensium heros, ἀρχαῖο-γορος, (Herod. VIII 144): Nub. 300 ἐλθόμεν εὐανδρον γῶν Κέκροπος: Plut. 773 προσκυῶ χῶραν πᾶσαν Κέκροπος; Georg. fr. XIII ὦ πόδι φίλῃ Κέκροπος, αὐτοφυνὲς Ἄττικῇ: Vesp. 438 ὦ Κέκροψ ἦρος ἀναξ, τὰ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδῃ, ubi Schol. ὁ Φιλοκλέων ἐλκόμενος ὑπὸ τῶν οἰκτιῶν τὸν οἰκιστὴν τῆς πόλεως ἐπικαλεῖται: εἰσι δὲ οἱ φασὶ τὸν Κέκροπα διφυνὸν γεγονῆναι καὶ τὰ κάτω ὄψεως ἐσχηκέναι, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὸ δρομα κεχαριέντισται. Vide s.n. Δρακοντίδης

**Κελεός:** τοῦτου (Τριπτόλεμου) δὲ Κελεὸς γίγνεται, γαμεί δὲ Κελεὸς Φαναρέτην τήθην ἐμῆν (loquitur Amphitheus) Ach. 48; ὦ Τριπτόλεμε καὶ Κελεεέ, περιόψεσθέ μοι Ach. 55 (ubi Amphitheus invocato maiores suos quorum in tutela est)

**Κένταυρος:** ἤδη ποτ' ἀναβλέψας εἶδες νεφέλην Κενταύρω ὁμοίαν; Nub. 346 (Foissac de la Météorologie, Paris, 1854: *les cumulus sont les nuages d'été, présentant les formes les plus variées, tantôt tourmentées, tantôt arrondies et mamelonnées. Les premiers rayons du matin leur donnent naissance; ils s'accroissent et grossissent à mesure que le soleil s'élève, et disparaissent parfois quand il se couche. Ces nuages ont fournis au génie des poètes les plus riches descriptions, leurs formes capricieuses représentant tous les êtres de la nature*): σκόπτουσαι τὴν μανίαν αὐτοῦ (Ἰερωνίμου) Κενταύροις ἦκασαν (αἱ νεφέλαι) αὐτὰς Nub. 350 (nam Centauri ea parte qua equi sunt hirsuti

simulque libidinosi esse tradebantur. BERGLER): fabula Aristophanis, vide p. 726

**Κεραμικός:** Ceramicus exterior: (ἢ ἀποθάνομεν) ὁ Κεραμεικὸς δέξεται νό Av. 395 (ubi Berglerus; Quia ipsi ollis et catinis fictilibus quae Graece κεράμεια dicuntur utebantur loco clypeorum; dicere vult 'Si ista κεράμεια ab hostibus frangantur et cumulentur, futurum ex illis Κεραμεικόν, in quo sepeliri possint, ut Athenis in Ceramico sepeliuntur et quidem publice qui in bello ceciderunt'); καθέρπυσαν νῦν ἐς Κεραμεικὸν ἀναβάς ἐπὶ τὸν πύργον τὸν ὑψηλόν, ἀφιέμεν τὴν λαμπρὰν ἐντεῦθεν θεῶ Ran. 129 ubi Fritzschiuss 'In Academia, quae potior pars fuit Ceramic et saepe pro Ceramico ipso ponitur, teste Pausania Attica I 30 § 2, erat Προμηθεὺς βωμός, καὶ θέουσαν ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν ἐχόντες καιόμενας λαμπάδας, § 4 κατὰ τοῦτο τῆς χώρας φαίνεται πύργος Τιμόνου i.e. hominum osoris. De Timonis turri inaudivisse intellego etiam Lucianum Timone c. 42, ubi ipse Timon: αὐτὸς δὲ ἦδη πᾶσαν πριάμενος τὴν ἐσχατιάν, πυργίω οἰκοδομησάμενος ὑπὲρ τοῦ Θησαυροῦ (h.e. super illo loco, ubi thesaurum repperi) μόνω ἐμοὶ ἰκανὸν ἐνδιδάσθαι.' Fiebant autem ibi λαμπαδηρομαίαι Minervae (Ran. 1090), Neptuni, Dianae, Promethei festis, etiam Panis (Herod. VI 105) et Bendideis (Platon. Rep. I. p. 328 A, B)

**Κεραμείος:** incola Ceramicici pagi: Ran. 1093 οἱ Κεραμῆς ἐν ταῖσι πόλυσιν (in Dipylo) παῖουσ' αὐτοῦ (hominis ἀγυμνασίαν insignis) γαστέρα, πλευράς

**Κερβέριος:** τίς (exclamat Charon) ἐς τὸ Λήθης πείλον... ἢ ἐς Κερβερίους; Ran. 187 ubi comice dictum videtur pro Κίμμεριους, quiddid contradicat Lobeckius Aglaophant. p. 813, not. (6), Cerberum a Cerberiiis (sic enim nostro versu Cimmerios vocari) traductum esse opinatus

**Κέρβερος:** ἦνικ' ἦλθες ἐπὶ τὸν Κέρβερον; Ran. V. III h.e. ad Cerberum ex Orco abducendum; ὅς τὸν κύν' ἡμῶν ἐξέλασας τὸν Κέρβερον ἀπῆξας ἀγχῶν, ὃ ἐγὼ (Herculem alloquitur Aeacus) φύλαττον Ran. 467. De Cleone dictum Equit. 1030 φράξεν, Ἐρχοεῖδῃ, κύνα Κέρβερον ἀνδρα-

ποδιάτην; Ρακ. 313 εὐλαβεῖσθε τὸν κάτωθεν Κέρβερον. Sic Plato eum vocavit fr. inc. 33 (Mein. Fr. Com. II p. 690)

**Κεφαλῆς:** pagus tribus Acamantidis ubi, teste Pausania *Att.* I 311, οἱ Διόσκουροι νεμίζονται μάλιστα: ὁ πατήρ ἄρα τῆς κορυθοῦ νυκί κείται τεθνεώς Κεφαλῆσιν Av. 476 ubi scholiasta: προσέπειξε τὸν δῆμον' Κεφαλῆς γὰρ δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Similiter lusit Av. 399

**Κέφαλος:** demagogus Atheniensis; πῶς ἀντερεῖται, ἦν Κέφαλος σοι (Πραξαγόρα) λοιδορῆται προσφθαρεῖς Eccl. 248, quærit mulier, cui Praxagora φήσω αὐτὸν... τὰ τριβῆλια κακῶς κεραμεύειν τῆν δὲ πόλιν εὐ καὶ καλῶς h.e. patinas eum dicerem male conficere, republicam autem probe. Schol. ἀπὸ κοινοῦ τὸ κεραμεύειν ἀπὸ τοῦ κατεργάζεσθαι' ἦν δὲ κεραμέως πατὴρ Κέφαλος. Distinguendus autem est ab Cephalo, clari nominis oratore, quem Andocides Demosthenes aliique commemorant. Nostrum ridet Plato fab. inc. v: βδοακείνουσ' ὡδὴ Κέφαλον ἀσχίστην νῦσον

**Κεχηναῖος:** τῆ Κεχηναίων πόλει Eq. 1263, ubi scholiasta, ἔπειξε παρὰ τὸ Ἀθηναίων' ἀπὸ δὲ τοῦ κεχηνῆναι ἔλαβε τὸ ὄνομα; quod verbum de stultis et imprudentibus asuptentibus saepe usurpat comicus, ut Ach. 133, Equit. 755, 804

**Κηκεῖδης:** διθυράμβων ποιητῆς πάνυ ἀρχαῖος, οὐ μέμνηται Κρατίνος ἐν Πανώπταις. SCHOL. Hinc ἀρχαῖά γε καὶ τεττίγων ἀνέμιστα καὶ Κηκείδου καὶ Βουφουλῶν Nub. 985, de rebus vetustissimis et obsoletis

**Κηφείος:** Ἀνδρομέδα παῖς Κηφείος Th. 1013; χαῖρ' ὦ φίλη παῖ, τὸν δὲ πατέρα Κηφέα, ὅς σ' ἐξέθηκε ἀπολέσειαν οἱ θεοὶ Th. 1056 (Euripides Echus personam agentis verba)

**Κηφισόδημος:** Θεουκιδίδην συμπλακέντα τῆ Σκυθῶν ἐρημία, τῷδε τῷ Κηφισοδήμῳ, τῷ λάλῳ συνηγόρῳ Ach. 705, quod explicat scholiastes, συμπλακέντα ἀγριότητι, τοῦτο γὰρ δηλοῖ ἡ Σκυθῶν ἐρημία' λέγει δὲ ἀγριότητι, Κηφισοδήμῳ τῷ λάλῳ ῥητόρι. E maioribus eius aliquis Scythicam uxorem duxisse videtur, vel pater eius originem Scythicam habuerat; inde est quod eum

v. 709 cum contemptu τοῦδὲ τῆν sive servum publicum appellat, et inferius v. 712 patris cognatos sagittarios Scythicos exprobrat poeta. Ad συμπλακέντα conf. Plutarch. *Pericl.* xi de eodem Thucydide dictum περὶ τὸ βῆμα τῷ Περικλεῖ συμπλεκόμενος

**Κηφισοφῶν:** de Cephisophonte nihil notum est praeter ea quae dicuntur ab Aristophane in fragmento 316:

Κηφισοφῶν ἀριστε καὶ ταλάντατε,  
οὐ δὴ συνέζης ἐς τὰ πόλλ' Εὐριπίδῃ  
καὶ συνητοῖς, ὡς φασί, τὴν μελοδῖαν.

Dicitur οἰκογενὲς μεϊράκιον ab auctore *vitalæ Euripidis* apud Rossignolum, quocum consentit Schol. Ran. 944; quod inde fluxisse videtur, quod, qui in *Acharnensis* servus Euripidis in scenam prodit, in codicibus et a scholiasta ad v. 395 Cephisophon esse dicitur: adversatur Elmsleius qui ad v. 395 contendit hoc falsum esse, quem enim Atheniensium nomen ἀπικιώτατον servulo impositum fuisse? quapropter nomen Cephisophontis ex dramatis personis eximit. Ran. 1452, 1453 ΔΙ. ταυτὶ πῶτερ' αὐτὸς εὔρες ἢ Κηφισοφῶν; ET. ἐγὼ μόνος, τὰς δ' ὀξίδας Κηφισοφῶν; et v. 944, ubi Euripides profitetur ἀνέτρεφον (τὴν τέχνην) μουφιλαῖς Κηφισοφῶντα μινυῖς, significant Cephisophontem in scribendo Euripidem adiutasse. Rem eum habuisse cum uxore Euripidis traditur; quae narratio (secundum Leutsch. *G. G. Anz.* 1861 p. 1791) a comico quodam profecta est, qui tragoediam Euripidi nuptam inducens Cephisophontem moechum eius vocaverat. Thomas Magister in Vit. Eurip. tradit eum fuisse Euripidis ὑποκρίτην. ΑΙΣ. ἐς τὸν σταθμὸν αὐτὸς τὰ παιδί' ἢ γυνὴ Κηφισοφῶν ἐμβὰς καθέσθω συλλαβῶν τὰ βιβλία Ran. 1408. Ceterum similem cum Choerilo servo et Ecphantida poeta comico intercessisse rationem docet Hesychius s. v. ἐκκεχοιριλωμένην. Vide Naekii *Choerilum*; Meinekii *Hist. Critic. Com. Graec.* p. 37; Gaisfordium ad *Hephaestion. de Metris* c. XV § 13 p. 97; HALBERTSMA *Prosopogr.* p. 25 sq.

**Κιθαιρώνιος:** ἀμφὶ δὲ σοὶ κτυπεῖται Κιθαιρώνιος ἡχώ Thesm. 996 h.e. sono tunditur echo Cithaeronis: Sic Vesp.

1228 παραπολεῖ βοῶμενος, peribis clamore circumfusus: Eur. Helen. 1434 πᾶσαν δὲ χρὴ γαῖαν βοᾶσθαι μακαρίαις ἕμφροισι; Iph. Taur. 359 αὐλείται δὲ πᾶν μέλαθρον h.e. tota domus tibiae sonitu impletur

**Κίκοννα:** δῆμος οἱ Κικυννῆς τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. SCHOL. ποῦ Κικυννῆς εἰσὶν οἰμοὶ δημότῃαι Nub. 210; Φειδωνος υἱὸς Στρεψιάδης Κικυννῶθεν Nub. 134

**Κιλικῶν:** ΕΡ. τί ποιεῖν διανοεῖ; TP. οὐδὲν ποηρόν, ἀλλ' ἔπερ καὶ Κιλικῶν Pac. 363, ubi ex scholiasta Berglerus 'Pro ἀλλὰ πάντα ἀγαθὰ. Ita enim dixerat Cillicon iste, cum conditionem Mileti parans ab amicis interrogaretur quid faceret'

**Κιμῳλίας:** ὁπόσοι κρατοῦσι κυκhsiτέφρον ψευδολήτρον κωίας καὶ Κιμῳλίας γῆς Ran. 712, ubi scholiasta: μία τῶν Κυκλάδων αὐτῆ ἢ νῆσος (ἢ Κιμῳλία) νηροποιὸς γῆ. Vide s. n. Κλειγένης. Ἰσχυάδας Κιμῳλίας memorat Amphis fab. inc. fr. 4

**Κίμων:** ἑλθὼν δὲ σὺν ὀπλιταῖσι τετρακισχιλίους Κίμων ὄλην ἔσωσε τὴν Λακεδαίμονα Lys. 1143. Notum est Helotes rebellasse contra Lacedaemonios, qui cum diu frustra Ithomen quo se receperant Helotes oppugnassent, ab Atheniensibus auxilium petierunt, missusque Cim on est Spartam (a. Chr. 461) cum quattuor milibus armatorum (Thucyd. I 101 sq. Plutarch Cim on. c. 16); quod Atheniensium beneficium Lysistrata hoc in loco in memoriam revocat Lacedaemoniis

**Κινησίας:** dithyramborum poeta ineptus, Meletis citharoedi filius (Plato Gorgias p. 501 E), dis hominibusque invisus κυκλοδιδάσκαλος, cuius mores et poësin non solum Comici sed Lysias quoque et Plato acerbissime exagitarunt. Inter primarios artis musicae corruptores numeratur cum Melanippide Phrynide et Timotheo peregrinis a Pherecrate in nobilissimo de Musica loco e Chirone apud Plutarchum de Musica p. 1141 § xxx (Meinek. fr. com. II p. 327), ubi Musica ipsa inducitur ἐν γυναικείῳ σχήματι ὅλη κατηρικυμένη τὸ σῶμα, et Iustitiae τὴν αἰτίαν τῆς λύβης διαπυθναομένη queritur se cum ab aliis musicis pessum datam esse, tum a Cinesia, salta-

tionis et tibiarum sublata congruentia:

Κινησίας δὲ μ' ἀκατάροτος Ἀττικὸς ἐξαρμονίους καμπὰς ποιεῖν ἐν ταῖς στροφαῖς ἀπολάλεχ' οὕτως, ὥστε τῆς ποιήσεως τῶν διθυράμβων καθάπερ ἐν ταῖς ἀσπίσιν (in ordinibus militum) ἀριστέρ' αὐτοῦ φαίνεται τὰ δεξιὰ.

De moribus hominis nobilissimus est Lysias, qui duas in Cinesiam scripsit orationes, locus apud Athenaeum XII. p. 551 F; Κινησίας, ὃν ἡμεῖς ἐπίστασθε ἀσεβέστατον ἀπάντων γεγονέναι.—οὐχ οὕτως ἔστιν ὁ τοιαῦτα περὶ θεοῦ ἐξαμαρτάνων, ἀ τοῖς μὲν ἄλλοις ἀσχερόν ἐστι καὶ λέγειν, τῶν κωμωποδιδασκάλων δ' ἀκούετε καθ' ἕκαστον ἐναντίον; Vide reliqua, in quibus gravissime notatur miseri hominis impietas, cuius exemplum habemus Ran. 366

ἢ κατατιλῆ τῶν Ἐκαταίων κυκλιόσι χοροῖσιν ὑπάδων;

Conf. Eccles. 330. Neque honorificentius de eius poësi, cuius specimen servavit Aristophanes Av. 1370 sqq., iudicasse veteres docet Plutarchus de gloria Athen. p. 348 B: ὁ γὰρ Κινησίας ἀργαλέος ἔοικε ποιητῆς γεγονέναι διθυράμβων' καὶ αὐτὸς μὲν ἀγνος καὶ ἀκλεῆς γέγονε, σκωπτόμενος δὲ καὶ χλευαζόμενος ὑπὸ τῶν κωμωποικῶν οὐκ εὐτυχοῦς δόξης μετέσχεν. Eodem fere redit sobrium Platonis iudicium nihil curare Cinesiam dicentis ὅπως ἐρεῖ τι τοιοῦτον ὅθεν ἂν οἱ ἀκούοντες βελτίους γίγνουντο, sed illud unice spectare quomodo gratificaretur plebi infimae, ὅτι μέλλει χαριεῖσθαι τῷ δχλῶ τῶν θεατῶν, Gorg. p. 501 F. Nec minus summo Comico eius saltationes displicebant, quicumque enim eius pyrrichen didicit,

εἰ πυρρίχην τις ἔμαθε τὴν Κινησίου,

dignus iudicatur qui coniciatur in eum locum inferorum, ubi est βόρβορος πολλὸς καὶ σκῶρ ἀειῶν, Ran. 153. Praeter inepta carmina et vitae sordes dicacitatem poetarum experta erat etiam gracilitas hominis et macilentia ex teterrimis morbis contracta qua in re Aristophanes ingeniosissime lusit Av. 1377, ubi φιλόρυμος (tilliaceus) vocatur διὰ τὸ φιλόρυος τοῦ ξύλου λαμβάνοντα σανίδα συμπεριζώνουσθαι, ἵνα μὴ κάμπηται διὰ τε τὸ μήκος καὶ τὴν ἰσχυρότητα

explicante Athenaeo p. 551 D; et Ran. 1437 (nisi locus interpolatus sit)

εἰ τις πτερώσας Κλειέριον Κινησίη,  
αἰροῖεν αἶραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα,

(dithyrambica enim Cinesiae poesis in aëre quasi volare dicitur; ergo volaticus poeta videbatur esse posse loco alarum); et in Gerytad. fr. v. 10 ubi memoratur inter macie confectos legatos, quos poetae ad inferos mittunt. Sed acerbissime morbosum hominem praeter Lysiam *l. l.* descripsit Plato apud Galenum, ad *Aphorism. hygomn.* vii p. 322 ubi dicitur;

ἐκ πλευριτίδος  
σκελετός, ἀπυγος, καλὰ μίνα σκέλη φέρων,  
φθῆης προφῆτης, ἐσχάρως κεκαυμένος  
πλειστας ὑπ' Εὐρυφώντος ἐν τῷ σώματι.

Scriptis in eum integram fabulam cognominem Strattis teste Athenaeo XII p. 557 D: ἦν δὲ θῆτος μακρότατος καὶ λεπτότατος ὁ Κινησίας, εἰς τὸν καὶ ὄλον δράμα γέγραφε Στράττις, Φθιώτην Ἀχιλλέα αὐτὸν καλῶν, διὰ τὸ ἐν τῇ αὐτοῦ ποιήσει συνεχῶς τὸ Φθιώτα λέγειν. παίζων οὖν εἰς τὴν ἰδέαν αὐτοῦ ἐφῆ 'Φθιώτ' Ἀχιλλεῦ'; erat enim φθῆης προφῆτης, ut Plato salse eum appellavit *l. c.* Irrisione poetarum irritatus poetaster eos sic ultus est, ut non multo post *Ranas* doctas id egit ut, in penuria publica scilicet, nihil in choros comicos erogaretur, teste Aristotele apud Schol. Ran. 404, χρόνῳ δ' ὕστερον οὐ πολλῶ τῶι καὶ καθάπαξ περιεῖλε Κινησίας τὰς χορηγίας: ἐξ οὗ καὶ Στράττις ἐν τῷ εἰς αὐτὸν δράματι ἐφῆ

Σαηὴ μὲν (ἔστιν ἴδε) τοῦ χοροκτόνου  
Κινησίου.

MEINEK. *fr. com.* I p. 230 sqq., HALBERTSMA *Prosopogr.* p. 62 sq.; plura si quis velit adeat Hanovium *Exercit. Critic.* I p. 49, Boeckhium *Oecon. Civ. Ath.* p. 461 *ed. alt.* et Burretium in Plutarch. *de Mus. in Mémoires de l'Académie des Inscriptions* Vol. xv p. 340

**Κινησίας:** (nomen a re fictum) diversus a dithyrambico illo poeta, inducitur in Lysistrata ut libidinosis Myrrhinae maritus, quae eum infinitis modis ludos facit, 831—958. Derelicti miseret senes Myrrhinam execrantes, 959—972. Παιωνίδης vocatur v. 852 nomen fictum ὡς ἀπὸ δῆμου τῶδος

non sine lusu in v. *παλεω* quod de re venerata usurpatur in Pace v. 874

**Κίρκη:** maga quae Ulixis comites in suis commutavit, Homer. *Odyss.* 10. Facete Plut. v. 302 sqq. pro Ulixee eiusque sociis ponitur Philonides de quo vide infra s. n. et conf. p. 643 not. 4

**Κλαζομεναί:** ἕτερος δ' (ἤντεβόλει) δίκως ἔχων τὸν παῖδα πωλήσει 'ς Κλαζομενάς, Triph. fr. ii de Alcibiade quem propter venustatem plurimi expetiverunt Iones

**Κλεαίνετος:** στρατηγὸς οὐδ' ἂν εἰς τῶν πρὸ τοῦ αἰτήσω ἦτηρ' ἐρόμενος Κλεαίνετος Eq. 574: ubi ex scholiis Berglerus 'Hic auctor legis fuerat, quae publicum in Prytaneo cibum ducibus adimebat. Patrem Cleonis Cleaenetum dicit Thucyd. III 36 et IV 21'

**Κλειγένης:** οὐ πολὺν οὐδ' ὁ πίθηκος οὗτος ὁ νῦν ἐνοχλῶν, Κλειγενηὸς ὁ μικρὸς, ὁ ποτηρότατος βαλανεὺς, χρόνον ἐνδιατρέψει, ἰδῶν δὲ τὰδ' οὐκ εἰρημικὸς ἐστ' ἵνα μὴ ποτε κάπο-δυστῆ μεθῶν ἄνευ ξύλου βαδίζων Ran. 709 sqq. ubi Fritzschiuss 'Hic Cligenes homo brevi statura, admodum deformis, balnear fraudulenter, cum pacem turbaret civibusque suis invisus esset, exilii poenam tum maxime pertimescebat. Eum Cleogenem, qui Olymp. 92, 3 scriba fuit (Andocid. *de Myster.* p. 13 § 96, et *Corpus Inscript. Graec.* Vol. I p. 219—221 secundum Boeckhii correctionem) verisimile puto a Cligene Ranarum nihil quicquam differre: constat autem Κλειγένης et Κλεογένης unum idemque nomen esse. Peregrinum et barbarum fuisse, cum oppositio optimatium credere nos sinit, tum comparatio eius cum Cleophonte, cui haud dubie simillimus fuit

**Κλειδημίδης:** νυνὶ δ' ἐμελλεν (ὁ Σοφοκλῆς), ὡς ἐφῆ Κλειδημίδης, ἐφεδρος καθεδεῖσθαι Ran. 791 sq. ubi schol. annotat eum fortasse Sophoclis histrione m fuisse

**Κλεναρέτη:** nomen feminae, Eccl. 41

**Κλεισθένης:** saepissime a nostro derisus ut effeminatus, genis ad cutem tonsis tamquam eunuchus, pathicus, praesertim in *Thesmophoriazusis:* idem perstringitur in fabulis octo ab *Acharnensibus* ad *Ranas* per viginti annorum spatium. Unus est ex his quos Aristophanes maxime oderat suis-

## Κλειταγόρα

que telis perpetuo persequeretur. Τῶν μὲν εἰνούχοι μὲν ἕτερον τούτου ἐγγὺς ὅς ἐστι Κλεισθένης ὁ Σιβυρτίου Ach. 118 (ubi Elmsleius 'Sibyrthii palaestra memoratur a Plutarcho Alcib. p. 193 A. Fortasse mollem hominem et a corporis exercitatione alienum παιδοτρίβου filium iocose vocat roster'); ex Equit. v. 1373 ΔΗΜ. οὐδ' ἀγοράσει ἀγένειος οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ. ΔΓ. πῶς δῆτα Κλεισθένης ἀγοράσει; colligit Bergk Clisthenem in summa molliitie rempublicam capessere et auram popularem eloquentiae ope captare studere (Comm. p. 207). Legationem illum sacram aliquando suscepisse conicias ex Vespis v. 1187 ὡς ξυνεθεύρεις Ἄνδροκλεῖ καὶ Κλεισθένει; πῶς ἂν ἐτι γένοιτ' ἂν εὐτακτος πόλις ὅπου θεὸς γυνὴ γεγονῦια πανοπλίαν ἔστηκ' ἔχουσα, Κλεισθένης δὲ κεραίδα Av. 829 sq. quos versus parodia expressos esse ex Euripidis *Melagro* (fr. 526 Nauck)

πῶς οὖν ἐτ' ἂν γένοιτ' ἂν εὐτακτος πόλις,  
ὅπου γυνὴ γεγονῦια (Atalante) τὴν πανοπλίαν  
ἔστηκ' ἔχουσα Μελέαγρος δὲ κεραίδα;  
εἰ κεραίδων μὲν ἀνδράων μῆλοι πόνος κ.τ.λ.

putat Fritzschi. Praetorem eum fuisse et victoriam reportavisse affirmat scholiasta ad Ranas v. 48 ἐπεβάτεον Κλεισθένει, h. e. miles eram classarius sub Cleisthene trierarcho, (cf. ad usum dativi Xenoph. *Hellen.* v. 4, 2, *Anab.* VII 2, 23, Arist. *Eq.* 727, Thucyd. I 92, Cratin. in *Bubulcis* fr. II 3); quae verba Bacchi, postquam Bacchus viri cuiusdam desiderio se contabescere indicasset, interpretanda esse conicit rem cum Clisthene habebam, itaque rogare eum v. 57 ξυνεγένον Κλεισθένει; cecidisse Clisthenem in proelio ad Arginusas demonstrat v. 422, ubi in funere patris filius eius similis moribus dicitur planxisse, τὸν Κλεισθένης δ' ἀκούω ἐν ταῖς ταφαῖσι (in exteriore Ceramico) σπαράττει τὰς γνάθους· κάκωπτετ' ἔγκεκνυῖς κάκλαε... Σεβίνου ὅστις ἐστὶν ἀναφλύστιος h. e. Σεβίνου τὸν Ἀναφλύστιον ὅστις ἐστὶν (ita Clisthenes ridetur, quasi post mortem factus sit daemon Venerus (Sebinus Anaphlystus quisquis libentius audit). FRITZSCHI); καὶ νῦν γ' ἐτι Κλεισθένη εἶδον (αἱ Νεφέλαι), διὰ τοῦτ' ἐγένοντο γυναῖκες Nub. 355; δέ-

δοικα μὴ τῶν Λακίων τινὲς συναληθῶδες. ἄνδρες ἐς Κλεισθένης τὰς γυναῖκας ἐξεπαύρων δόλμ καταλαβεῖν τὰ χρήμαθ' ἡμῶν Lys. 621; Lys. 1092. In *Thestophoriazibus* Clisthenes ob insanum amorem mulierum levigatus mulieribus defert affinem Euripidis Mnesilochum muliebri habitu indutum inter eas esse; deinde ad eum deprehendendum et convincendum ipse operam praestat; rem detectam prytanibus nuntiatum abit, 575—654. Eundem hominem praeter Aristophanem etiam ceteri eius aetatis comici poetae saepius videntur vexavisse; ita Pherecrates in *Petale* fr. ii (Meinek. fr. com. II p. 322) ei assimulat columbulam propter effeminatos et molliculos mores

ἀλλ' ὁ περισσότερον ὁμοιον Κλεισθένει  
πέτου, κόμισσον δὲ μ' εἰς Κύθηρα καὶ Κύπρον.

Cratinus autem in *Pytine* fr. 13, ut magis etiam ei hoc exprobraret, finxit aleis ludentem: erat enim hoc ignominiosum et hominum molliorum, Vesp. 74, coll. Nub. 681. Vide BERGK. *Comm.* p. 206 sq.

**Κλειταγόρα**: nomen muliebri 'Nub. 684; νυλὶ δ' ἄπαντ' ἤρεσκεν, ὥστ' εἰ μὲν γέ τις φδοὶ Τελαμώνος Κλειταγόρας φδεῖν δέον, ἐπηνέσασμεν ἂν Lys. 1236 sq. (ubi scholiasta ὁ δὲ νοῦς ἐτι τὰ ἐναντία λέγομεν ἑαυτοῖς καὶ πράττομεν, et Berglerus 'laudabamus, etsi quis absurda caneret in nostro convivio; tam pacifici eramus.' Est autem absurdum in convivio, quod propter pacem modo initam erat institutum, cantare carmina de bello aut bellicosus viris quale est illud de Telamonis filio et non potius carmen aliquod (quale illud de Clitagora). Conf. omnino Pac. v. 1270 et similem versum Cratini e *Chironi*. fr. X;

Κλειταγόρας φδεῖν, ὅταν Ἄρμодиὸν μέλος αὐλῆ sc. ὁ αὐλητής, i. e. de Clitagora carmen canere tibicine Harmodii modos praeunte: quod proverbiale dicendi genus esse putat Meinekius II. p. 154, quo notarentur ii qui temere omnia miscerent. Bergkii proprio sensu accepit, artis musicae contempionem et depravationem Cratinum voluisse notare autumans. Χρήματα καὶ βίον Κλειταγόρα τε κάμοι (scolii par-

ticula Vesp. 1245, cuius reliqua verba ab Aristophane adiecta esse indicat Bergkiius *Comm.* p. 228 ut Aeschinem Selli filium castigaret; conicit enim illum socium fuisse legationis quam Athenienses illo tempore in Thessaliam miserant, vide Vesp. 1276). Quae autem fuerit Clitagora iam antiquitus ambigebant, alii Thessalam, ex ipso Aristophane coniecturam facientes, alii Laconicam fuisse pro dentes

**Κλειτοφών:** οἰμοὶ δὲ (μαθηγαί εἶναι), ait Euripides, Κλειτοφών τε καὶ Θηραμένης ὁ κομψός *Ran.* 967, ubi opponuntur iis horridi quidam homines et barbati. Homo non plane obscurus, sed dialogo cognomine qui Platonis inscribitur nobilitatus, et cum Thrasymacho sophista commemoratus in loco vere Platonico *Republ.* p. I. 328 B. Patre usus est Aristonymo, Platonis sodali, quem a philosopho tradunt in Arcadiam missum esse reipublicae constituendae causa (*Plutarch. adv. Colot.*). Socraticus erat, inertia et desidia notatus, ut plures huius farinae (cf. *Nub.* 315, 331 *σφραγιθουνηχοροκομητῆς*): qui Euripidis tragoediis haud minus delectati sunt quam ipse Socrates, summus ille Euripidis amicus, qui poetam adiuvare in scribendo credebatur (vide p. 819). Hoc loco perstringitur ut mobili et versuto ingenio Theramenis in modum. Vide Stallbaum, in *Platon. de Rep. l. c.*

[**Κλειτώ:**] mater Euripidis, λαχανοπωλήτρια; *Ach.* 457, 469, 478; *Thesm.* 387, 456; *Ran.* 840, 942

**Κλεόκριτος:** δέσποινα Κυβέλη, στρουθι, μήτηρ Κλεοκρίτου *Av.* 877 (ubi scholia: τὸ δὲ 'μήτηρ Κλεοκρίτου' παρ' ὑπόνοιαν ἐπήγαγεν, βουλομένους αὐτὸν διαβάλλειν ὡς στρουθόποδα, τοῦτέστι μεγαλόπων. Conf. *Plin. Nat. Hist.* VII c. 2 § 2, 24: Eudoxus in meridianis Indiae viris plantas esse cubitalis, feminis adeo parvis, ut Struthopodes appellentur. Per στρουθον autem intellege struthiocamelum *Angl. ostrich*); *et τις πτερώσας Κλεόκριτον Κυνησία* *Ran.* 1437; ubi tamquam vasti et pinguis corporis hominem ridet, Cinesiaeque omnium mortaliū tenuissimo opponit. Meinekius conicit non alium esse eum quem Xenophon *Hel-*

*len.* II 420 mystarum praeconem μάλ᾽ ἐμφορον fuisse tradit

[**Κλεόμαχος:**] varia lectio *Eccl.* v. 22

**Κλεομένης:** ἐπεὶ οὐδὲ Κλεομένης, δι' αὐτὴν (τὴν ἀκρόπολιν) κατέσχε πρώτος; ἀπῆλθεν ἀφάλακτος ἀλλ' ὁμοῦ λακωνικὸν πένων ψχεθ' ἔπιλα παραδοῦς ἐμοῦ *Lys.* 274. (Is fuit rex Lacedaemoniorum, et cum Isagora Atheniensi senatus auctoritatem Athenis abrogare cupiente ac tyrannidem affectante arcem occupavit, sed mox ab Atheniensibus est obsessus. Vide Herodotus v 72; ἀντισταθείσης δὲ τῆς βουλῆς καὶ οὐ βουλομένης πείθεσθαι, δὲ Κλεομένης καὶ ὁ Ἰσαγόρης καὶ οἱ στασιώται αὐτοῦ καταλαμβάνουσι τὴν ἀκρόπολιν. Ἀθηναίων δὲ οἱ λοιποὶ, τὰ αὐτὰ φρονήσαντες, ἐπολιόρκειον αὐτοῦς ἡμέρας δύο, τῇ δὲ τρίτῃ ὑπόσπονδοὶ ἐξέρχονται, ὅσον ἔσαν αὐτῶν Λακεδαιμόνιοι. Solet autem comicus choro senum tribuere etiam quae antecesserunt aetatem hominum tunc viventium. Vide G. Grote *Hist. Graec.* Vol. IV p. 219; Thirlwall. *H. G.* Vol. II c. xi p. 86 *ed. mai.*); Cleomenes cepit Pisistratidas in muro Pelasgico inclusos, *Lys.* 1154; conf. Herod. v 64

**Κλεοφών:** turbulenti demagogus ingenii, qui e servili conditione malis artibus in civitatem Atticam irrepsit (*Aesch. de f. l.* p. 254), similis Cleoni et Hyperbolo in cuius male partam auctoritatem et gratiam successit circa Ol. xci 1. Ex Thracia eum oriundum fuisse significat Aristophanes lepidis versibus in *Ran.* vs. 678 sqq. ubi Thracia hiruon in eius labris strepere dicitur, φιλοτιμότερα (σοφαί) Κλεοφώντος, ἐφ' οὗ δὴ χελίσιον ἀμφιδόλοις δεινὸν ἐπιβρέμεται θρηκία χελιδών. Neque aliter scholiastes ad *Eur. Orest.* v. 903 θέλει δὲ εἰπεῖν Ἀθηναίων οὐκ Ἀθηναίων ὄντα αὐτὸν, ἀλλὰ νόθον πολλήν, πάροσον Θραξίην ὃ Κλεοφών, Cleophontis cognomen ὃ λυροπίδος saepe commemoratur (vid. *An. doc. de myster.* p. 73, *Aeschines de fals. leg.* p. 254): adhaesit autem homini ex aequalium contumelia ut plerisque demagogis, qui prius humilem quaestum facitissent, ex ludibrio imprimis comicorum cognomen inde petitum adhaerere solebat. (*Sic Cleon βυρσοπωλῆς* dictus est, *Lysides προβατοπώ-*



## Κλεοφών

λης, Eucrates *στυπκιοπώλης*, Hyperbolus *λυχροπώλης* aut *λυχροποιός*, Demosthenes nonnumquam *μαχαροποιός*, Isocrates *αυλοτρύτης*). Turpes hominis libidines notantur in Thesmoph. vs. 805

καὶ μὲν δὴ καὶ Κλεοφῶν χείρων πάντως δῆπου  
Σαλαβακχοῦς,

ubi nequissima meretricula libidinosior arguitur. Ex Himerii *Ecl.* xxxvi 16 p. 318 *ed. Wernsdorf* Κλεοφῶν Ἀλκιβιάδην ἐγράφετο, constat eum accusasse Alcibiadem cum absens in Sicilia impietatis accusaretur; quare imprimis de Cleophonte cogitandum est in Thucyd. vi 61, fuitque inter eos qui Thucydidi dicuntur *μάλιστα τῷ Ἀλκιβιάδῃ ἀχθόμενοι ἐμποδῶν ὄντι σφίσι μὴ αὐτοῖς τοῦ δήμου βεβαίως προστάται καὶ νομίσαντες ἐλ αὐτὸν ἐξελάσειαν πρῶτοι ἂν εἶναι*, vi 28. Eodem pertinet locus Andocidis *de Mysteriis* p. 146, 6 B: *οὐκ θνεὶδος ἑμῶν ἐστὼ ἢ Ἀνδοκίδου καὶ Λεωγύρου οἰκία οὕσα, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὸτ' ἦν θνεὶδος, ὅτ' ἐμοῦ φεύγοντος Κλεοφῶν αὐτὴν ὁ λυροποιὸς ψέει*, nam sic demum pudori fuit urbi Cleophon Andocidis aedibus inhabitans, si ipsius demagogi in expellendo veteri domino aliquae fuissent partes, aut certe si malis artibus eas e miseri exulis opibus fecisset suas.

Ab Ol. xci i quo tempore ad remp. accessit plurimum valens post calamitatem Siculam unus omnium demagogorum potentissimus extitit. Illius enim opera factum est ut, cum Alcibiades Lacedaemonios et Mindarus gravi clade ad Cyzicum afflixisset legatique de componenda pace Athenas essent missi Ol. xcii 2, Athenienses oblatas pacis conditiones reiecerint. Huius rei iudicium debetur Philochoro apud Schol. ad Eur. Orest. vs. 770

δεινὸν οἱ πολλοὶ κακοῦργοις ὅταν ἔχωσι προστάτας,  
ubi adscripsit *εἰς Κλεοφῶντα ταῦτα αἰνιττεται πρὸς ἑτῶν δύο ἐμποδίσαντα ταῖς σπονδαῖς* (egit autem *Orestem* Euripides Ol. xcii 4) et in alio scholio: *ἴσως αἰνιττεται πρὸς τὰς καθ' αὐτὸν δημογωγίας. μήποτε* (fortasse) *δὲ εἰς Κλεοφῶντα, πρὸς ἑτῶν γὰρ δύο τῆς διδασκαλίας τοῦ Ὀρέστου οὕτως ἐστὶν ὁ κωλύσας σπονδὰς γενέσθαι Ἀθηναίους πρὸς*

Λακεδαιμονίους, ὡς Φιλόχορος *ιστορεῖ*. Etiam in alio eiusdem tragoediae loco eximio describi videtur Cleophon a poeta; nempe ait vs. 902 sqq.

καὶ τῶδ' ἀνίσταται  
ἀνὴρ τις ἀθύρογλωσσος, ἰσχύων θράσει,  
'Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος ἠναγκασμένος,  
θορύβῳ τε πίνουσι κάμαθι παρρησίῳ  
πῦθ' ἀνὸς ἐτ' αὐτοῦ περιβαλεῖν κακῶ τινη,

ubi Schol. *τάχα εἰς Κλεοφῶντα τείρει* ἔπει καὶ ἐναγχος οὗτος τὰς πρὸς Λακεδαιμονίους *συνθήκας οὐ προσήκατο* καὶ τὸ λέγειν δὲ Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος εἰς τοῦτο βλέπει, θέλει δὲ εἰπεῖν Ἀθηναῖον οὐκ Ἀθηναῖον ὄντα, ἀλλὰ νόθον πολίτην. Idem crimen in Cleophontem conicit Diodorus Sic. XIII 53, qui commemorata Spartanorum legatione subiungit: *οἱ μὲν ἐπικεικίστατοι τῶν Ἀθηναίων ἔρρεπον πρὸς τὴν εἰρήνην οἱ δὲ πολεμοποιεῖν εἰσθότες καὶ τὰς δημοσίας ταραχὰς ἰδίας ποιούμενοι προσόδους ἠροῦντο τὸν πόλεμον. Συμπελάβετο δὲ τῆς γνώμης ταύτης καὶ Κλεοφῶν, μέγιστος ὢν τότε δημογωγός*. Vide Clinton. *Fast. Hell.* II. p. 84 sqq. Male autem ad hoc Cleophontis facinus Meierus in libro *de bonis damnatorum* p. 218 et Bergkii *Comm.* p. 386 retulerunt criminationem Aeschines *de fals. leg.* c. 76 p. 254 sq. ubi monet orator, ita oportere aemulari maiores, ut caveatur ab erroribus quibus illi graviter sint lapsi; cuius rei hoc affert exemplum: (οἱ Ἀθηναῖοι) *ἠττημένοι τῷ πολέμῳ, προκαλουμένων αὐτοῖς Λακεδαιμονίων εἰρήνην ἀγεῖν ἔχοντας πρὸς τῇ Ἀττικῇ Ἄμμον καὶ Ἴμβρον καὶ Σκύρον καὶ δημοκρατούμενους κατὰ τοὺς νόμους, τούτων μὲν οὐδὲν ἤθελον ποιεῖν, πολεμεῖν δὲ προηροῦντο οὐ δυνάμενοι*. Κλεοφῶν δὲ ὁ λυροποιός, *ὃν πολλοὶ δεδεμένοι ἐν πέδαις ἐμνημόνεον, παρεγγραφεῖς ἀισχυρῶς πολίτης καὶ διεφθαρκῶς νομῆ χρημάτων τὸν δῆμον, ἀποκόψων ἠπέλει μαχαίρᾳ τὸν τράχηλον ἐκτὸς εἰρήνης μνησθήσεται*. Eandem rem Aeschines etiam alio loco tetigit in *Ctesiph.* § 150 p. 538 ubi ait: *ἢ μὴν, ἐκτὸς ἐρεῖ ὡς χρὴ πρὸς Φίλιππον εἰρήνην ποιήσασθαι, ἀπάξει εἰς τὸ δεσποτικόν ἐπιλαβόμενος τῶν τριχῶν, ἀπομμοῦμενος τὴν Κλεοφῶντος πολιτείαν, ὃς ἐπὶ τοῦ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμου, ὡς λέγεται, τὴν πόλιν ἀπάλεσεν*. Utrobique enim intelle-

## Κλεοφών

genda est importuni demagogi insania, qua post navale proelium ad Arginusas Olymp. xciii 3 iterum oblatam pacem non consiliis et oratione sed temulenta temeritate reiciendam esse clamaverat, idque in summa omnium trepidatione et tumultu pertulerat. Cuius rei locuples auctor est Aristoteles *ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ* ut videtur, quem locum eximium servavit Schol. Arist. ad *Ran.* vs. 1580: Ἀριστοτέλης φησὶ μετὰ τὴν ἐν Ἀργινοῦσαις ναυμαχίαν ἐπὶ τοῦ Καλλίου Δακεδαιμονίων βουλομένων ἐκ Δεκελείας ἀπιέναι, ἐφ' οἷς ἔχουσιν ἑκάτεροι καὶ εἰρήνην ἄγειν, Κλεοφῶν ἔπεισε τὸν δῆμον μὴ προσδέξασθαι, ἐλθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν μεθῶν καὶ θώρακα ἐνδεδικυὸς οὐ φάσκων ἐπιτρέψαι, ἐὰν μὴ πάσας ἀφῶσι πόλεις οἱ Λακεδαιμόνιοι. Eventus docuit nihil umquam reip. Atheniensium perniciosius decerni potuisse. Neque id non senserat optimus quisque Atticorum civium, quorum sententiam satis perspicue significat Aristophanes in versiculis quibus *Ranas* absolvit; nam precatus deos, ut civibus rependi quod reip. optimum sit facultatem concedant, subiungit:

πάγχυ γὰρ ἐκ μεγάλων ἀχέων παυσαιμέθ' ἂν οὕτως,  
 ἄργαλέων τ' ἐν ὄπλοις ξυπόδων. Κλεοφῶν δὲ  
 μαχέσθω  
 κάλλος ὁ βουλόμενος τούτων πατριος ἐν ἀρούραις.

Potuitne disertius suadere acutis spectatoribus: vos pacem componite et Cleophontem Thracem ceterosque belli turbatores ocyus ex urbe expellite. Eadem sententia ei mandatur laqueus *Ran.* v. 1500 utpote lucis indigno.

Accedebat etiam aliud quid, quamobrem hoc ipso anno, Olymp. xciii 3, quidquid erat Athenis honestiorum civium acerrimo odio potentia abutentem demagogum persequebantur. Decem praetores, viri optime de republica meriti, iniquissima criminatione circumventi et in salutis discrimen erant adducti. Iam ultro exacerbatam plebem demagogi omnes magis etiam instigabant: ὁ δῆμος—παροξυνθεὶς ὑπὸ τῶν δημομαγωγῶν, τὴν ὀργὴν ἀπέσκηψεν εἰς ἄνδρας—πολλῶν ἔπαινων καὶ στεφάνων ἀξίους Diod. Sic. XIII 102: neque ibi quievisse Cleophontem indicium praebet locus Xenophonteus *Hellen.* I 7 35, unde conficitur eum

in istorum numero fuisse quos populus ob inique necatos praetores ulcisci cuperet; nam mortem hominis hoc loco commemorari non potuisse, nisi et ipse eodem crimine fuisset implicatus. Quam suspicionem insigniter confirmare potest locus in *Ranis* vs. 718 sqq. ubi salutem Praetorum deprecatur quibus imminere exitium virum prudentem non fallebat, et v. 697 sq. collatus cum Xen. *Hellen.* I 75 (ubi dicitur Theramenes ceterique demagogi extremo mense Pyanepsione multos subornavisse μέλαρα ἱμάτια ἔχοντας καὶ ἐν χροῖ κεκαρμένους, πολλοὺς ἐν ταύτῃ τῇ ἑορτῇ, ἵνα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἤκοιεν ὡς δὴ ξυγγεγείεις ὄντες τῶν ἀπολωλότων) in his enim versibus poeta indignationem omnium et dolorem, quem turba ista in Apaturiis lugubri habitu squalens ingentem commoverat, prudenti consilio mitigare et lenire aggreditur. Deinde Callixenum subornatum immittunt ad irritandos senatorum animos. Fit senatus consultum contra leges ut simul de universis suffragia ferantur, Xen. I 7 § 6. Ἐντεῦθεν ἐκκλησίαν ἐπολεω, ait Xenophon ibid., omnibus uti sperabant ita compositis paratisque ut negotium sine mora confici posset. Sed aliter evenit: τὸν Καλλίξενον προῦκαλέσαντο παράνομα φάσκοντες ξυγγεγραφέναι et Euryptolemus et alii (§ 8), quibus saevitia populi perterritis Socrates ἐπιστάτης plebem quamvis incensam furore et ira noluit in suffragia mittere. Hinc nova mora: Euryptolemus praeclara oratione reorum causam defendit, καὶ ἐγραψε γνώμην κατὰ τὸ Κανόνου ψήφισμα κρίνεσθαι τοὺς ἄνδρας, δίχα ἕκαστον, § 11. Invicta Socratis constantia in aliam concionem rem reicit: fit διαχειροτονία· τὸ μὲν πρῶτον ἔκριναν τὴν Εὐρυπτολέμου, ὑπομοσασμένου δὲ τοῦ Μενεκλέους καὶ πάλιν διαχειροτονίας γενομένης ἔκριναν τὴν τῆς βουλῆς. Interea demagogi et Theramenes novos Proedros in suas partes pertrahunt, προέδρους ἐγκαθέτους ὑφέντες (Aesch. Socrat. III 12): quod in nova Prytania accidisse et moram fecisse satis magnam persuasit Iuzacius de *Socrat. Civ.* p. 217 sqq. et confirmatur a Xenophonte § 11 ubi καὶ μετὰ ταῦτα κατεψηφίσαντο in hanc partem bene accipi possunt.

## Κλεοφῶν

Accedunt his loci Aristophanei tam perspicui ut soli rem conficere potuissent: quapropter sic statuendum est, inter accusatorum calumnias et Praetorum condemnationem integros praeterisse Maemacterionem et Poseideonem, quo mense Διονύσια τὰ κατ' ἀγρούς essent celebrata, protractumque esse iudicium in mensem Gamelionem, quo Lenaeis Aristophanes salutem egre-giorum civium deprecantem vidimus.

Iam Cleophontis in his turbis et flagitiis haud exiguas fuisse partes facile est ex ipso Aristophane evincere. Diligenter enim animadvertendum est in Chori versiculis, quae deprecationem praetorum proxime praecedunt (vs. 678—685) convicia et minas in temerarium hominem effundi, eumque, cum alii multi in *Ranis* tangantur, prae ceteris omnibus aspere exagitari.

Eaedem causae Platonem commovisse videntur ut recepta comoediae licentia in *Cleophonte* (quam fabulam simul cum Aristophanis *Ranis* et *Musis* Phrynichi docuit et tulit tertias Ol. XCIII 3) uteretur ad notandum hominem, qui et patriae et praestantissimis civibus exitium intentaret. Generosa audacia ipsum Populum in scena egit deceptum malis demagogorum artibus, infestum optimis civibus, et nequissimo cuique stolidè obsequentem. Egit autem Populum novos praetores in concione creantem ac iamiam, ne quis sibi retineat manum, pessimum hominem se creaturum clamantem. Cleophontem autem ipsum sic ludificatus est, ut non modo peregrinam sed etiam, uti videtur, servilem ei exprobraret originem eundemque turpiter opes civitatis furari criminaretur. Verum ista peculatus suspicio, quo nomine plerique reip. moderatores male audiebant, (conf. lepidum locum Xenoph. in *Anab.* iv. 6, 16) in Cleophonte quidem falsa fuit. Testis est Lysias *pro bon. Aristoph.* § 48: Κλεοφῶντα δὲ πάντες ἴστε, ὅτι πολλὰ ἐτη διεχέρισε τὰ τῆς πόλεως πάντα καὶ προσεδοκᾶτο πᾶν πολλά ἐκ τῆς ἀρχῆς ἔχων (unde conficitur quam avide comico-rum criminationes exciperentur), ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ οὐδαμοῦ δῆλα τὰ χρήματα, ἀλλὰ καὶ οἱ προσήκορτες καὶ οἱ κηδεσταί, παρ' οἷς κατέλιπεν,

ὁμολογουμένως πένητές εἰσιν. Non erat autem Cleophon ex isto numero qui ita popularem factionem amplectebantur ut imprimis sibi consulere; neque plebs umquam ducem habuit qui constantiore animo in eo proposito persisteret, quod democratiae profuturum censebat. Auctor est Lysias, qui quamvis non parcens homini, cuius animus inquietus et avidus imperii maximis calamitatibus remp. affixerat, tamen ultro fatetur, numquam vivo Cleophonte futurum fuisse ut populare imperium paucorum insidiis et hostium metu tolleretur. In summa omnium trepidatione post cladem ad Aegos potamon προῦκαλοῦντο οἱ Λακεδαιμόνιοι εἰρήνην ποιέσθαι, ἐφ' ᾧ τε τῶν μακρῶν τειχῶν ἐπὶ δέκα σταδίοις καθελείν ἐκάτερον, Xenoph. *Hell.* II 2, 15: cf. Lys. in *Agorat.* § 8. Habita concione fit plebiscitum μὴ ἐξάναι περὶ τούτων ζυμβουλεύειν, auctore imprimis Cleophonte qui ὑπὲρ ἀπάντων ἀναστὰς ἀντίειπεν, ὡς οὐδεὶς τρόπῳ οἶόν τε εἴη ποιέειν ταῦτα Lys. ibid. Eodem animo senatum, quem oligarchiam moliri sentiebat, gravissimo increpuit, Lys. in *Nicomach.* § 10 Κλεοφῶν τὴν βουλήν ἐλοιδορεῖ, φάσκων συνεστάναι καὶ οὐ τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν τῇ πόλει. Simul homo acer Critiam, quem horum consiliorum caput esse perspiciebat, audacter in frequenti senatu exagitavit. Nam huc pertinere arbitror locum Aristotelis *Rhetor.* I 16 § 13 Κλεοφῶν κατὰ Κριτίου τοῖς Σόλωνος ἐλεγείοις ἐχρόσητο λέγων ὅτι πάλαι ἀσελγῆς ἡ οἰκία· οἱ γὰρ ἂν ποτε ἐποίησε Σόλων·

εἰπεῖν μοι Κριτίᾳ ξανθότριχι πατὴρ ἀκούειν.

Itaque intellectum est, nisi Cleophontem de medio sustulissent, irrita constituendae oligarchiae consilia futura, §§ 11, 12. Hinc calumnias in hominem intentant: οἱ ἐπιβουλεύοντες καταλύσαι τὴν δημοκρατίαν εἰς ἀγῶνα Κλεοφῶντα καθιστάσι πρόφασιν μὲν, ὅτι οὐκ ἦλθεν εἰς τὰ δῆλα ἀναπαυσόμενος, τὸ δ' ἀληθές ὅτι ἀντίειπεν ὑπὲρ ὑμῶν μὴ καθαιρεῖν τὰ τείχη, Lys. in *Agorat.* § 12. Placuit igitur senatui eum vincitum iudicio tradere quod lex postulabat, Meier. *de bon. damn.* p. 158 sqq. Sed anxie metuentes

ne vir populo eximie oras elaberetur  
 πείθουσι Νικόμαχον ἤμῶν ἀποδείξει, ὡς χρῆ  
 καὶ τὴν βουλὴν συνδικάζειν: qua lege per-  
 lata eodem die Cleophon capitis damna-  
 tus est, in *Nicom.* § 10 sq., cum novem fere  
 annos in republica regnasset. Acciderunt  
 haec Olymp. xci<sup>ae</sup> anno quarto exeunte,  
 brevi antequam Theramenes Sparta rediit  
 et composita pace trigintaviri sunt creati.  
 Cobet *Platon. Reliqq.* p. 146—165; Fritsch.  
*Thesmoph.* p. 298—306; Bergk. *Comms.* p.  
 385 sqq.; Grote, *Hist. Gr.* Vol. VIII p. 309

**Κλέων:** in neminem magis amarissimum  
 conviciorum virulentiam effudit Aristophanes  
 quam in hunc demagogorum importunis-  
 simum, Cleaeneti filium, Cydatheniensem  
 (Vesp. 894). Is prodibat eo tempore quo  
 Pericles totam civitatem suo nutu, omnium  
 Atheniensium princeps, regebat; quod  
 testatur Hermippus in fabula *Μόραις* in-  
 scripta, significans Cleonis pugnam identi-  
 dem poscentis ferocia Periclem compelli ut  
 ad arma capessenda se promptum esse  
 ostendat:

κάχειριδίῳ δ' ἀκόνῃ σκληρῇ  
 παραθηγομένης βρύχεις κοπίδος  
 δηχθεῖς αἰθῶνι Κλέωνι.

Belli igitur gerendi iam tum cupidus, iustis  
 de causis cunctantem Periclem aggressus  
 sui ingenii pravam demonstravit indolem.  
 Non diu post Periclem mortuum civitatem  
 gubernare coepit et celeriter plebis gratiam  
 malis artibus sibi conciliavit, ὦν τῷ δήμῳ  
 παρὰ πολὺ ἐν τῷ τότε πῆσανότατος ut Thu-  
 cydides auctor est, III 36. Post *Babylonios*  
 in scenam commissos, qua in fabula Liber-  
 alibus magnis acta ausus est poeta suam  
 criminationem imprimis eorum qui civita-  
 tis gubernacula tenebant coram sociis qui  
 tum Athenas tributa ferebant exponere,  
 Cleo qui timebat ne hac licentia comica  
 cives dominationi suae infesti inimicique  
 fierent, iniurias sibi ut opinabatur illatas  
 summo ulcisci studuit fervore, itaque poetae  
 litem intendit, cuius notitiam a poeta ipso  
 accepimus. Summa rei in eo posita erat  
 quod coram peregrinis et sociis civitatem  
 proscindere ausus esset, Ach. v. 378—383

αὐτὸς τ' ἔμεινεν ὑπὸ Κλέωνος ἄπαθον  
 ἐπίσταμας διὰ τὴν πῆρσι κομφιδίαν.

εἰσελεύσας γὰρ μ' ἐς τὸ βουλευτήριον  
 διέβαλλε καὶ ψευθῆ κατηγοροῦντι μου,  
 κάκνυκλόβρει κάπλυνεν, ὡστ' ὀλίγου πάνυ  
 ἀπωλόμην μολυνπραγματούμενος;

unde apparet pessime habitum esse poetam  
 a Cleone irato, deinde v. 502—507:

οὐ γὰρ με νῦν γε διαβαλεῖ Κλέων ὅτι  
 ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω.  
 αὐτοὶ γὰρ ἔσμεν οὐπὶ ληραίῳ τ' ἀγῶνι.  
 κοῦπω ξένοι πάρισιν· οὐτε γὰρ φόροι  
 ἔχουσιν οὐτ' ἐκ τῶν πλῶλων οἱ ἐμμάχοι·  
 ἀλλ' ἔσμεν αὐτοὶ νῦν γε περιεπτισμένοι,  
 τοὺς γὰρ μετοίκους ἀχῦρα τῶν ἀστών λέγω.

h. e. soli sumus tamquam frumentum  
 gluma purgatum: inquilini quidem  
 adsunt, at eorum rationem non  
 habeo, cum quasi gluma civium  
 sint, atque ut semper eo loco, ubi  
 frumentum detritum est, gluma in  
 area iacet, ita fieri non potest quin  
 nunc inquilini adsint. MVELLER; *ibid.*  
 v. 630 sqq.

διαβαλλόμενος δ' ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐν Ἀθηνοῖς  
 ταχυβούλοις  
 ὡς κωμῶδει τὴν πόλιν ἡμῶν καὶ τὸν δῆμον  
 καθυβρίζει,

id quod Isocrates in Orat. *de pace* § 14 con-  
 queritur. Quamvis autem accusator more  
 suo quibuscumque posset sive veris sive  
 fictis criminationibus reum aggredederetur,  
 (conf. 379 sqq.) tamen nec poetam poenis  
 coercuit neque artis comicae licentiam cir-  
 cumscripsit. Postquam hac accusatione  
 nihil effecit Cleo, sed poeta victor disces-  
 sit, in eum *γραφὴν ξενίας* vel ipse vel per  
 alium intendit. Eam rem tangit noster  
 Ach. 653

καὶ τὴν Αἰγύψον ἀπαιτοῦσιν καὶ τῆς νήσου  
 μὲν ἐκείνης  
 οὐ φροντίζουσι· ἀλλ' ἵνα τοῦτον τὸν ποιητὴν  
 ἀφέλωται.

Tradit etiam *Vitae Scriptor:* ὡς ξένον δὲ  
 αὐτὸν ἔλεγε (Κλέων), πάροσον οἱ μὲν αὐτὸν  
 φασὶ Ῥόδιον ἀπὸ Λίνδου, οἱ δὲ Αἰγυπτίην,  
 στοχαζόμενοι ἐκ τοῦ πλείστον χρόνον τὰς  
 διατριβὰς ποιέσθαι αὐτόθι ἢ καὶ ἐπι ἐκέκτητο  
 χωρία ἐκείσε, κατὰ τινὰς δέ, ὡς ὅτι ὁ πατὴρ  
 αὐτοῦ Φίλιππος Αἰγυπτίης· ἀπολυθῆναι δὲ  
 αὐτὸν εἰπόντα ἀστελεῖς ἐκ τοῦ Ὀμήρου ταῦτα·  
 μήτηρ μὲν τ' ἐμὲ φησι τοῦ ἔμμεναι· αὐτὰρ  
 ἔγωγε  
 οὐκ οἶδ'· οὐ γὰρ πῶς τις ἐδὸν γόνου αὐτὸς  
 ἀνέγνω.

## Κλέων

Unde apparet praedium Aristophanis in insula Aegina situm caussam fuisse, cum Cleo originem peregrinam ei exprobraret. Eodem spectant elegantissimi versus Eupolidis ap. Stobaeum *flor.* IV 34. Sed Aristophanes civitatem suam probavit et *Acharnenses* per Callistratum docens iam consilium ceperat, ut Cleonem *Equitum* fabula acriter aggrediretur. Aucta autem erat poetae confidentia, quod ipse Cleo eodem tempore ab Equitibus, quos *λειπτοαξιόν* insinulavisse traditur (conf. *Equit.* 247), accusatus et ut ait Ach. 5 sqq. quinque talenta evomere (cf. *Equit.* 1148) coactus erat (de qua multa scholiasta Theopompum auctorem laudans: *παρὰ τῶν νησιωτῶν ἔλαβε πέντε τάλαντα ὁ Κλέων, ἵνα πείσῃ τοὺς Ἀθηναίους κουφίσαι αὐτοὺς τῆς εἰσφορᾶς· αἰσθόμενοι δὲ οἱ ἱππεῖς ἀντέλεγον καὶ ἀπήτησαν αὐτόν*): qua re partis civium honestissimae patrociniū nactus erat multosque eiusdem viri osoros esse et suis a partibus stare intellexerat; conf. Ach. vs. 300.

*μεμίσθκά σε Κλέωνος ἔτι μᾶλλον, ὃν κατατεμῶ τοῖσιν ἱππεῦσι κατῴματα:*

(intellige autem non ordinem equestrem sed equitatum sive mille numero iuvenes, *ἱππῆς ἀνδρες ἀγαθοὶ χίλιοι* Eq. v. 225, 595 sqq. qui, quibus temporibus bellum Peloponnesiacum gerebatur, maiorem longe quam antea auctoritatem nacti erant, quoniam siquando Lacedaemonii, quod quotannis fieri solebat, usque ad moenia accessissent, contra eos urbem tutabantur eoque in negotio fortissimos sese praestiterant. Anno igitur uno ex *Acharnensium* commissione praeterito ad summum gloriae fastigium evectus (Vesp. 1023) Lenaeis (Dionysiis enim magnis quo minus ex civitatis statu materiam artis sibi elegeret lite Cleonis cohibitus est) *Equitum* fabulam suo nomine in scenam detulit, in quo perditum demagogum tamquam omnium malorum caussam vehementissime accusavit, ut detectis istius fraudibus sceleribusque plebem stultitiae convinceret pravissimo quoque decipi se passum. De quo quae dicit, sunt ea quidem ex comoediae more in immensum aucta et amplificata, sed tenendum est Aristophanem in moribus Cleonis de-

pingendis et in indole eius principatus describenda cum summo historico Thucydide consentire. Iam nomen ipsum quo eum significat *Παφλαγῶν* vs. 2 a verbo *παφλάζειν* vs. 919 vehementiam hominis quasi aestuantis vocisque impudentiam monstrat: eodem pertinet quod *φωνὴν ἐμπεκρησμένης ὕδης* ei tribuit Vesp. 36, et *χαράδρας δλεθρον τεροκυίας* ib. 1034, quod eum vocat *ὁ κεκραξιδάμας* Vesp. 596; eo quod cavendum esse dicit eum Pac. 314,

*τὸν κάτωθεν Κέρβερον  
μὴ παφλάζων καὶ κεκραγῶς, ὥσπερ ἦν ἱκ' ἐνθάδ' ἦν,*

*ἐμποδῶν ἡμῖν γένηται;*

eo quod dicitur *βόσκειν* (τοὺς ἠλιαστάς) *κεκραγῶς καὶ δίκαια κἀδίκαια* (Eq. 255), et (v. 274) *κέκραγας ὦπερ ἀεὶ τὴν πόλιν καταστρέφει;* eo quod describit eum Eq. 137

*ἄρπαξ, κεράκτης, Κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων:*

eo denique quod chorus in eum invehitur

*ὅστις ἡμῶν τὰς Ἀθήνας ἐκκεκώφηκας βοῶν.*

Quibuscum locis confer Thucyd. III 36 qui eum dixit civium omnium violentissimum, *βιαιότατον τῶν πολιτῶν*. Cum Cleo a multitudine coactus praeturam suscepisset, quae bonorum opinio fuerit a Thucydide exponitur IV c. 28: *τοῖς δ' Ἀθηναίοις ἐνέπεσε μὲν τι καὶ γέλωτος τῇ κουφολογίᾳ αὐτοῦ, ἀσμένους δ' ἄμω ἐγγίγνετο τοῖς σώφροσι τῶν ἀνθρώπων, λογιζομένοις δυοῖν ἀγαθῶν τοῦ ἑτέρου τεύξεσθαι, ἢ Κλέωνος ἀπαλλαγῆσεσθαι (ὃ μᾶλλον ἠλπίζον) ἢ σφαλεῖσι γνώμης Λακεδαιμονίουσιν σφισι χειρώσασθαι*. Similiter poeta, cum Cleo ab Agoracrito impugnatu dixisset Eq. 340

*οἴμοι διαρραγῆσομαι*

Agoracritus autem respondisset

*καὶ μὴν σ' ἐγὼ οὐ παρήσω*

chorum dicentem inducit

*παρες, παρες πρὸς τῶν θεῶν αὐτῷ διαρραγῆσαι,*

et vel apertius alio loco eandem cum Thucydide profitetur sententiam: canit enim in fine scenae cuiusdam chorus, ib. 973—976;

*ἦριστον φάος ἡμέρας  
ἔσται τοῖσι παρούσι πᾶ-  
σιν καὶ τοῖς ἀφικνουμένοις,  
ἦν Κλέων ἀπόληται.*

## Κλέων

Eademque totam per comoediam redire videmus. Ceterum de ipsa illa promissione, intra viginti dies Lacones Athenas captos adferendi non solum *κουφολογίαν* (Plutarch. *de malignis. Herodoti* p. 855) sed etiam *μανίαν* illi exprobravit Thucydides IV 39 *καίπερ μανιώδης ὄσα ἡ ὑπόσχεσις ἀπέβη*: Aristophanes autem ita locutus *τοῦτό γέ τοι Παφλαγῶν παρεκιδύνευσε μεθυσθεῖς*, vino oppressum eum fuisse significat. Ad eandem rem quem graphice depinxit Thucydides IV 27 sqq. (cf. Diodor. Sic. XII 60, 63), ut, postquam Demosthenis opera et virtute res iam ad expugnationem Pyli adducta esset, Cleo supervenerit et alienae famae fructu potitus insulam expugnaverit, spectant hi loci:

Eq. 54 sqq.

*πρήν ἔμοῦ*  
*μᾶζαν μεμαχότος ἐν πυέλῳ λακωνικῆν,*  
*πανουργοτάτῃ πως παραδραμῶν ὑφαρπάσας*  
*αὐτὸς παρέθηκε τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαχμένην:*

Eq. 77

*ἔχει τὸ σκέλος*  
*τὸ μὲν ἐν Πύλῳ τὸ δ' ἕτερον ἐν τήκκλησίῃ:*

ib. 355, 392

*ὠνὴρ εἶδοξεν εἶναι τᾶλλόττριον ἁμῶν θέρος:*

ib. 702

*ἀπολῶ σὲ νῆ τὴν προεδρίαν τὴν ἐκ Πύλου:*

ib. 742 de se gloriatur Cleo

*τῶν στρατηγῶν ὑποδραμῶν τῶν ἐκ Πύλου*  
*πλεῖστας ἐκέισε τοὺς Δάκωνας ἡγαγον:*

ib. 1052 fingitur oraculum

*ἄλλ' ἰέρακα φίλει μεμνημένος ἐν φρεσίν, ὡς σοὶ*  
*ἤγαγε συνδήσας Δακεδαimoniῶν κορακίους:*

ib. 1058 sqq.

Alio loco et seriore tempore ignaviam et imperitiam Cleoni Thucydides exprobravit. Cum enim milites in Thracia in eum invehenter, cogitabant imprimis, ut historice ait, *τὴν ἐκείνου ἡγεμονίαν πρὸς ὅταν ἐμπειρίαν καὶ τόλμαν μεθ' ὅσας ἀνεπιστημοσύνης καὶ μαλακίας γενήσονται*. Similia multis locis Comicus pronuntiat. Ita v. 389 *δειλὸν εὐρήσεις*, exclamat chorus, *ἐγὼ γὰρ τοὺς τρόπους ἐπίσταμαι*; et cum Cleo de Pylo expugnata gloriaretur, Agoracritus respondet (Eqquit. 1055—1057)

*Κεκορπίθῃ κακόβουλε, τί τοῦθ' ἡγεῖ μέγα τοῦργον;*  
*καὶ κε γυνὴ φέροι ἄχθος, ἐπεὶ καν ἀνὴρ ἀναθειή'*  
*ἄλλ' οὐκ ἂν μαχέσαιτο· χέσαιτο γὰρ εἰ μαχέσαιτο.*

Denique Thucydides caussas exposuit, propter quas et Cleo et Brasidas pacem componere noluissent, ita lib. v c. 16, *ὁ μὲν διὰ τὸ εὐτυχεῖν τε καὶ τιμᾶσθαι ἐκ τοῦ πολυμείν, ὁ δὲ γενομένης ἡσυχίας καταφανέστερος νομίζων ἂν εἶναι κακουργῶν καὶ ἀπιστότερος διαβάλλων*. Optime et accuratissime his conveniunt quae ubique Aristophanes tradit: nullo autem loco apertius quam quo Agoracritus ex eo quaesierat, cur bellum non finiret et Cleoni dicenti v. 797;

*ἵνα γ' Ἑλλήνων ἀρεῖ πάντων (ὁ δὲ δήμος)*

respondebat

*οὐχ ἵνα γ' ἀρεῖ μὰ Δι' Ἄρκαδιος προνοούμενος ἄλλ'*  
*ἵνα μᾶλλον*  
*σὸ μὲν ἀρπάξης καὶ δωροδοκῆς παρὰ τῶν πόλεων·*  
*ὁ δὲ δήμος*  
*ὑπὸ τοῦ πολέμου καὶ τῆς οὐκ ἐπιλήθῃς ἀπανουργεῖς μὴ*  
*καθορᾷ σου,*  
*ἄλλ' ὑπ' ἀνάγκης ἅμα καὶ χρεῖας καὶ μισθοῦ πρὸς*  
*σε κεχρήνη.*

Tum si (1) vaferrimus calumniator nominatur, si (2) populo fucum facere malis artibus, (3) reliquos magistratus iniuriis afficere, (4) dona captare dicitur, (5) si denique eum praepotentem esse, a divitibus et pauperibus pariter formidatum; harum rerum vestigia apud Thucydidem ubique nobis occurrunt: (1) *κάκιστα δῆτ' (ἀπόλοστο) οὗτός γε πρῶτος Πασφλαγῶνων αὐταῖς διαβολαῖς* Eq. 6; *βυρσοδέψην Παφλαγόνα πανουργοτάτον καὶ διαβολωτάτον τινα* ib. 44; *τῆς ἐνδον ἄντικρυς ψευδῆ διαβάλλει* ib. 63; v. 256; v. 278; *διαβαλὼ σ' ἐὰν στρατηγῆς* ib. 268; *καὶ σε φαίνο τοῖς πρυτάνεσιν* ib. 300; ipse Choro minatur *λιποταξίου φεύξει γραφᾶς ἑκατονταλάντους τέτταρας* ib. 441; *οὗτος ἐσπεσῶν ἐκέισε (εἰς τὸ βουλευτήριον) διαβαλεῖ ἡμᾶς ἅπαντας* ib. 487; chorus ceroma dat isiciario quo cervicem illinat, *ἢ ἐξολισθάνει δύνη τὰς διαβολὰς adversarii* (ioco insperato pro τὰς λαβὰς) ib. 490, Pac. 648, 653 *λάλος καὶ συκοφάντης*. Qualium Cleonis calumniarum exempla leguntur Thucyd. III 38, IV 27, qui v 17 dicit ideo eum belli studiosum esse quod maior in bello fides habita esset calumniis; *ἡναντιοῦτο τῇ εἰρήνῃ γενομένης ἡσυχίας καταφανέστερος νομίζων ἂν εἶναι κακουργῶν καὶ ἀπιστότερος διαβάλλων*. (2) Artes eius describit Eq. 47 sqq.

## Κλέων

ὑποπεσῶν τὸν δεσπότην ἤκαλλ' ἐθώπεν' ἐκο-  
λάκει' ἐξηπάτα κοκυλματίος ἀκροῖσι; ὑπέρ-  
χεται (τοὺς ἱππεῖς) ὡσπερὶ γέροντας θύτας  
καὶ κοβαλικεύεται Eq. 269 sq.; περιελῶ σ'  
ἀλαζονείαις (I'll fob till I oustflank ye) vociferatur ipse Cleon, ib. 290; ἐφάνη ἀνὴρ  
ἕτερος πολὺ σοῦ μιανώτερος ὅς σε πᾶρεισι  
(superabit) κοβαλικεύμασιν ib. 332; εὖρεν  
ὁ πανούργος ἕτερον πολὺ πανουργίας μείζουσι  
κεκασμένον ῥήμασιν θ' αἰμύλοις ib. 684; τὴν  
βουλὴν τοῖς φανακισμοῖσιν ἐξαπατωμένῃν ib.  
633; ἐγὼ δ' (ait ipse) ἐκείνου (τοῦ δήμου)  
καταγελῶ γ' ἄσων θέλω ib. 713; ὑπὸ δεξιό-  
τητος τῆς ἐμῆς δύναμει ποιεῖν τὸν δῆμον εὐρὴν  
καὶ στένον idem ib. 620; inde a v. 730 in  
concione se devovet nisi maxime amet  
populum et certamina in eius gratiam;  
merita sua Themistocleis superiora exponit  
v. 809; ἄσων με παρεκόπτου χρόνων queritur  
senex Demus τοιαῦτα κρουσιδημῶν Eq. 859;  
οὐκ ὑπερβαλεῖ με θωπέαις dicit isiciario  
v. 890; v. 903, v. 1067, v. 1103, v. 1116,  
v. 1144. His congruunt ea quae Thucydides  
dicit de eius facundia ὦν τῷ δήμῳ παρὰ  
πολὺ ἐν τῷ τότε πιθανώτατος et IV 21.

(3) Eq. 5 πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖς  
οἰκέταις h.e. efficit ut affricentur  
verbera ceteris familiae servis; ib.  
164 sqq.

(4) Eq. 65 περιθέων τοῖς οἰκέταις αἰτεῖ  
ταρτάτει δωροδοκεῖ; hinc facete dicuntur  
τῷ χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς esse v. 79; ὦ δωρο-  
δόκοισιν ἐπ' ἀνθεσὶν ἴζων εἴθε φαύλιος ὡσπερ  
ἠῆρες ἐκβάλοι τὴν ἐνθεσὶν v. 403; v. 802;  
τὴν κιθαρίστην ait chorus ὄργισθέντ' ἀπάγειν  
κελεύειν, ὡς ἀρμονίαν ὁ παῖς οὗτος οὐ δύναται  
μαθεῖν ἢν μὴ δωροδοκησῆτι v. 992; a Poti-  
daecatis eum decem talenta expressisse ait  
isiciarius σέ δ' ἐκ Ποτειδαλας ἔχοντ' εἰς οἶδα  
δέκα τάλαντα v. 438; σ' ἐπιδείξω δωροδοκή-  
σαντ' ἐκ Μυτιλήνης πλείον ἢ μῶς τεσσαρά-  
κοντα v. 832; Nub. 591

(5) Quanta fuerit Cleonis potentia,  
multa praebet uterque et poeta et historicus  
documenta. Statim ab initio fabulae in qua  
universam civitatem tamquam unam propo-  
suit domum, ut populum cum hero, magis-  
tratus cum servis comparentur, Demosthe-  
nes et Nicias duo servi de malis sibi ab uno  
potentissimo servo Paphlagone illatis con-

queruntur, nec habent quo consilio ab his  
aerumnis se liberent. Deinde cum Nicias  
ad fugam capessendam socium invitasset,  
Demosthenes contra huic consilio id oppo-  
nit quod non esset in terra locus quo Cleo  
accedere non posset Eq. 74—79; fere nul-  
lum ait esse in civitate qui Cleonem non  
timeat eiusque potestatem non reformidet,  
ib. 223,

καὶ γὰρ οἷ τε πλούσιος  
δεδίασιν αὐτὸν ὅ τε πένης βδύλλει λωῖς,  
ac paullo post addit v. 231

ὑπὸ τοῦ δέουσι γὰρ αὐτὸν οὐδεὶς ἤθελε  
τῶν σκευοποιῶν εἰκάσαι.

Potentiam eius maiorem esse quam Periclis  
contendit ib. 283;

ὅθ' Περικλῆς οὐκ ἤξιώθη πώποτε.

Eius superbiae et arrogantiae documenta  
omnes terrae partes expertae sunt v. 303

τοῦ σοῦ θράσους  
πᾶσα μὲν γῆ πλῆρα,  
πᾶσα δ' ἐκκλησία  
καὶ τέλη καὶ γραφαὶ  
καὶ δικαστήρια;

dicit ei isiciarius v. 351

τί δαι σὺ πίνων τὴν πόλιν ἠποήκας, ὥστε νυνὶ  
ὑπὸ σοῦ μονωτάτου κατεγλωτισμένην ὠσιπᾶν;

Conf. Vesp. 1334. Non semel poeta affir-  
mavit se Cleonem μέγιστον θύτα irrisisse  
eumque opposuit hominibus nulla re eximiis,  
quos alii comici perstringere solebant; Pac.  
734 sqq. Vesp. 1301. Apud Thucydidem  
oratio Cleonis ad Athenienses habita cum  
omnes Mitylenaeos nefario consilio truci-  
dandos esse censeret, ista est comparata, ut  
nisi potentissimus plebique acceptissimus  
fuisset, in maxima sese conciecisset pericula.

Sed in ceteris eius flagitiis perstringendis  
nimius est Aristophanes. Quibusnam frau-  
dibus socios insulanos circumvenire soleat,  
Eq. 258 sqq. νυκτῶρ τὰς λοπθάδας καὶ τὰς  
νήσους διαλεῖλαιον (ioco insperato pro τὰς  
χύτρας) Eq. 1034; ἀμέργει τὸν ξένων τοὺς  
καρπύλους ib. 326; ἴν' ἴδωσιν αὐτὸν οἷς ἐλω-  
βᾶθ' οἱ ξένοι ib. 1408; qua malitia peculiari,  
unde Χάρυβδιν ἀπαγάγῃς cum dicit Chorus  
Eq. 248 et τὰ κοινὰ πρὶν λαχεῖν κατεσθίειν  
ib. 258; et isiciarius ei minatur δερῶ σε  
θύλακον κλοπῆς; ib. 952 tribuit ei annulum  
signatorium ubi inest haec sculptura

λάρος κεχηνῶς ἐπὶ πέτρος δημηγυρῶν;

## Κλέων

κλοπῆς (φεύζει γραφᾶς) πλεῖν ἢ χιλίας Eq. 444; ib. 778; τοὺς καυλοὺς τῶν εὐθυνῶν ἐκκαυλίξω ἀμφοῖν χειρῶν μυστικᾶται τῶν δημοσίων ib. 824 sqq.; σὺ λαμβάνεις ἦν τῆν πόλιν ταράττης ib. 867; ib. 1032, ib. 1127, 1147, 1220 sqq., ἦν Κλέωνα τὸν ἄρον δῶρων ἐλόντες καὶ κλοπῆς εἶτα φημώσθηε τούτου τῷ ξύλλῳ τὸν αὐχένα...τῇ πόλει ξυνοσεται Nub. 591 sqq.; Vesp. 953 ubi putandus est Cleon accusator esse Lachetis canis, quod praedam ille secum consorte non communicaverit. Exprobratur ei πανουργία Eq. 247, 331, 684, 803, 823, 950, Vesp. 1228, Pac. 652; et impudentia ἀναδεία Eq. 304, 324, 398, 409, 1206.

*Equitibus* doctis et victoria splendidissima reportata ab Aristophane, post atrocissimam contumeliam et criminationem vix credibile est turbulentum istum et eloquentem hominem, quo Athenis commorante comoedia docta est, se continere et prorsus obmutescere potuisse, qui iam *Babyloniis* doctis quo tempore principatum affectabat poetam impugnaverat, nunc vero princeps civitatis factus cum Themistocle et Pericle conferri posse sibi videbatur. Nullus autem dubitandi locus est, quia locus extat *Vesparum* 1284—1291, ubi poeta confitetur a Cleone se multis spectantibus vexatum, plagasque sibi infictas esse, se autem perterritum adversarii saevitia circumspexisse an populus sibi subveniret; cum animadvertisset parum praesidii esse in eo, satius sibi visum esse cedere Cleonis potentiae, et aliquamdiu simulare amicum;

εἰσὶ τινες οἱ μ' ἔλεγον ὡς καταδηλλάγην  
ἠνίκα Κλέων μ' ὑπετάραττεν ἐπικείμενος,  
καί με κακίαις ἔκνισε· καθ' οὗ ἀπεδειρῶμην  
οὐκ ἔγελων μέγα κεκραγῶτα θεώμενοι,  
οὐδὲν ἄρ' ἐμοῦ μέλον ὅσον δὲ μόνον εἶδέναι,  
σκομμᾶτιον εἰποτί τι θλιβόμενος ἐκβαλῶ;

nunc vero se specie falsa abiecta novoque impetu facto eum decepisse, (ὑπό τι μικρὸν ἐπιθήκισα· εἶτα νῦν ἐξηπάτηκεν ἡ χάραξ τῆν ἀμπελον, h. e. Cleo vitis in Aristophane ridicula nitebatur, sperans eum in gratiam secum rediisse neque se amplius carpturum esse, sed spes eum fefellit; in *Vespis* enim ad consuetudinem veterem rediit). Et profecto, postquam *Equites* docuit, pepercerat Aristophanes Cleoni; namque *Holcades*

obiter tantum videntur nomien eius attigisse: at vero in *Vespis* rursus saepius de industria lacessivit hominem, quod vel nomina illa Βδελυκλέων et Φιλοκλέων (cf. v. 197, 242, 409 sqq., 1224, 1237) arguunt, et primum quidem in somnis conspicitur ut balaeana omnivora in concione pecudum, incensae suis voce orans, populum appendens et distrahens, 34—41; advocatur a Philocleone, ut mercedem iudicibus et plebeculae praebens, 197, et ab iudicibus contra hominem lites improbantem, ut qui sit reipublicae osor, 408—414. Columen iudicium, mature eos probe iratos adesse iubet ad iudicium de Lachete duce, 242. Κεκραξιδάμας ille solos iudices non arrodit sed fovet et palpat 596 sq.; Cleonem ne furti reum deprehendat optat Philocleon quippe condemnaturus vel illum ipsum prae iudicandi studio, 759; in domestico iudicio (894—936) canes inter se disceptare finxit poeta, ut hac imagine, Cleonis, qui Lachetem virum honestissimum ditissimumque mala fraude calumniaretur, improbam audaciam carperet; 'In Cleonem canit Philocles nemo ita versutus neque fur,' de periculo admonitus a Bdelycleone, 1227—1230. Inde Philocleo aliud Alcaei canit de civitate per hominem ambitiosum peritura, 1231—1235: Cleonis pictura horribilis 1031—1035 et verbis prope iisdem Pac. 753—760. Inter convivas est Vesp. 1220, 1224 et 1238. Ad famam, se reconciliatum esse cum Cleone, pertinet locus *Vesparum* v. 1036 sqq. τοιοῦτον ἰδὼν τέρας οὐ φησιν δέσσας καταδωροκῆσαι quibus similia leguntur in *Puce* v. 758, nonnulli enim videntur dixisse Aristophanem donis corruptum a Cleone conticuisse. At ipse cur noluerit saepius Cleoni illudere libere profutur Vesp. 61

οὐδ' εἰ Κλέων γ' ἔλαμψε τῆς τύχης χάριν,  
αὐθις τὸν αὐτὸν ἀνδρᾶ μντητεύσομεν,

et Nub. 549

ὄς μέγιστον ὄντα Κλέων' ἔπαυ' ἐς τὴν γαστέρα,  
κοῦκ ἐτόλμησ' αὐθις ἐπεμνηδῆσ' αὐτῷ κειμένῳ,

In Nubibus v. 581—594 Cleonem τὸν θεοῖσιν ἐχθρὸν βυρσοδέψην Παφλαγόνα cum



στρατηγῶν deligebant Athenienses (Ol. lxxix. 2, 422 a. Chr. nat.) contra Brasidam in Thracia (Thucyd. IV 28), caelum erat intemptatum ut nec luna nec sol videri potuerit, quamobrem chorus nubium dicit sibi honores divinos deberi quia τὰς ἑφρῦς ξυνήγομεν κάποιοιμεν δεινά: quam tamen Athenensium δυσβουλῶν bene casuram esse si voracem λάρον (furtum enim in novo munere commissurum esse auguratur) deprehensum capistrent et nervo constringant. In Pace v. 46 putaverit aliquis ex Ionia oriundus ἠδυνπαθῶν significari cantharo in scenam producto Cleonem, quia ἀναιδέως τὴν σπατιλῶν ἐσθίει, ubi ut παθικὸν perstringit: ib. 268—273 coriarius qui Graeciam turbavit quasi pistillus afferri iubetur a Bello: periisse eum famulus nunciat, Minervae grates agente Trygaeo quod oportuno reipublicae tempore hoc factum. Mortuus est Cleon eodem anno, quo actae sunt *Vespaes* (A. C. 422, vide Clinton. *Fast. Hellen.* Vol. II. p. 76), paucos autem menses antequam *Pax* in certamen commissa esset. Hinc v. 269 eius fabulae Πολέμῳ dicit Κυδοιμῶς;

ἀπόλωλ' Ἀθηναίοισιν ἀλετριβανος,  
ὁ βυρσοπωλῆς, δε εἴκα τὴν Ἑλλάδα,

ibid. v. 313

εὐλαβεῖσθε τῶν ἀκείνων τὸν κάπῳθεν Κέρβερον,  
μὴ παφλάζων καὶ κεκραγῶς, ὡσπερ ἦνικ' ἐνθάδ' ἦν,  
ἐμποδοῦν ἡμῶν γένηται τὴν θεὸν μὴ 'ξελεύσαι;

et v. 692

κεῖ πανούργος ἦν ὄτ' ἔζη καὶ λάλος καὶ συκοφάντης.

In Ranis v. 569 mortuum ad id quod facere possit detrudit et δήμου προστάτην in πανδοκευτριῶν προστάτην convertit, similia vivo etiam tum Cleone adeo clamatorum minatus in Eq. v. 1400

μεθῶν ταῖς πόρραισι λοιδορήσεται :

Nempe cauponae, quarum sordidus esse quaestus putabatur (Pollux VI, 128 et Theophrastus *Charact.* xiii.) vulgo eiusmodi erant, ut cum Cleone adeo clamoribus conviciisque certare posse viderentur; vide Fritsch. ad l.; C. F. RANKE *Comm. de vit. Aristoph.*

Κλεωναί: Athenaeus II p. 67 D: μνημονεύει δὲ τοῦ (Ἀριστοφάνης) καὶ τοῦ ἐκ Κλεωνῶν ὄξους ὡς διαφόρου

'Ἐν δὲ Κλεωναῖς ὄξειες εἰσίν.

Κλεωνύμη: v. s. n. Κλεώνυμος

Κλεώνυμος: Falstaffius Aristophaneus, in antiquioribus saepe fabulis notatur (1) ὡς μέγα ἔχων καὶ ἀρρηθμον σῶμα (2) καὶ δειλὸς (3) καὶ ἀδήφαγος (4) καὶ δαπανηρὸς καὶ ἀρπαξ (5) καὶ ἐπιτορκος καὶ (6) συκοφάντης. (1) avem ingentem descripturus dicit Ach. 88 ὄρνιν τριπλάσιον Κλεωνύμου, (triplo maiorem Cleonymo quasi dicat 'magno maiorem'); οὐδ' ὥστ' ἰεὶ Κλεωνύμῳ Ach. 844 (neque in turba truderis a Cleonymo, quia scilicet solus in foro est Dicaeopolis); quod ἐκτοπὸν τι δένδρον vocatur Av. 1475, ad proceram corporis staturam referendum est, ut tamē τὰ δένδρα Λαισποδίας καὶ Δαμασίας ap. Schol. Av. 1568.

(2) ἐστὶ γὰρ δένδρον πεφυκὸς ἐκτοπὸν τι, καρδίας ἀπωτέρας, Κλεώνυμος, χρησίμων μὲν οὐδὲν ἄλλως δὲ δειλὸν καὶ μέγα, τοῦτο τοῦ μὲν ἦρος δεῖ βλαστάνει καὶ συκοφαντεῖ, τοῦ δὲ χειμῶνος πάλιν τὰς ἀσπίδας φυλλορροεῖ:

in qua praeclara allegoria omnia hominis vitia coniunctim capiuntur: τοῦτ' ἔδακε τὸν πόρπακα τὸν Κλεωνύμου Eq. 1372; Κλεώνυμον αὐταὶ (αἱ νεφέλαι) τὸν βίβασιν χθρὲς ἰδοῦσαι, ὅτι δειλότατον τοῦτον ἔωρων, ἔλαφοι εἰς τοῦτ' ἐγένοντο Nub. 353; in Vesp. 17 seqq. aquilam sibi in somnis visam narrat servus ἀσπίδα φέρειν τοῖς θυξιν ἐπίχαλκον ἀνεκὰς ἐς τὸν οὐρανόν, κάπειτα ταύτην ἀποβαλὼν Κλεώνυμον, deinde in Cleonymum conversam abicere, ubi bene Berglerus 'ἐπίχαλκος addit ad tollendam ambiguitatem vocis ἀσπίς quae et clypeum et bestiam serpentem significat, ut insomnium absurdum et mirabilem videatur;' Vesp. 592 εἰπ' Εὐθαλὸς χῶ μέγας οὗτος κολακῶνυμος ἀσπίδαποβλής οὐχὶ προδώσει ὑμᾶς φασιν, περὶ τοῦ πλῆθους δὲ μαχεῖσθαι (quod iudicium metu permoti mentiuntur; nomen autem hominis facete detortum ut perstringeretur eius adulatio cum ignavia coniuncta.)

